TRACTATIO VERBORVM DOMINI, IN DOMO PAtris mei mansiones multæ sunt, &c. ca XIIII. cap. Euang. secundum Ioannem: qua demonstratur spem salutemq; fidelium certissimam esse, & Cœlum, in quod ascendit Christus, & in quod suscipiuntur electi omnes, locum esse in excelsis certum: ubi & de Dextera Dei, & de Vbiquitate corporis Christi disseritur, authore Heinrycho Bullingero.

IESVS.

Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima mea: ipsum audite. Matth. 17.

TIGVRI excudebat Christoph. Froschouerus, Anno M. D. LXII.

VIRTVTIBVS ET
GENERE PRAECLARO
VIRO D. NICOLAO A DIES
bach, in amplissima Bernensi Repub.
uiro prætoriano, domino suo colẽ
dissimo Heinrychus Bul-
lingerus, S. D.

NON arbitror ullũ librum in uniuerso hoc mũdo extare, qui conscriptus sit maiore luce ac simplicitate, quàm Codex ille sacer, quem Bibliorum nuncupant. Continentur in illo omnia & singula religionis fideiq; nostræ dogmata absolutissimè explicata. Vnde sanè oportebat omnes de dogmatibus religionis nostræ differentes omnẽ refugere obscuritatem & affectatam subtilitatẽ, contentionem deniq; multorũ malorum fontẽ: anniti uero modis omnibus, ut omnia religio-

Simplicitatis in doctrina studium

nis nostræ dogmata proponãtur simpliciter, dilucidè, et cum summa moderatione ac tranquillitate, illa imprimis quæ faciũt ad explicationem articulorũ fidei, certitudinisq; salutis nostræ. Proinde cùm in præsentia decreuerim uerba Domini, In domo patris mei mãsiones multæ sunt, tractare, atq; hac tractatione (quantũ dederit dominus) docere, quid sentiẽdum sit de certitudine salutis nostræ et) sedibus illis beatis, in quibus futuri sumus cũ Christo in sempiternum: conabor sanè (cũ ista no ita pridem in contentionẽ uenerint, et) per cõtentionẽ nonnihil inuoluta atq; obscurata sint) quã simplicissimè perspicueq; explicare ac illustrare. Si cubi uero respõdere oportebit ad huius causæ obiecta, cõtinebo me, ne ferar uehementius in obiectorũ assertores, neue per

disputa-

disputationē prolixiorē aut intrica-
riorē proposito excidā, sed quantum
quidem caueri potest deuitem alter-
cationes, rem aūt ipsam explicē ac il
lustrem cōtrouersam. Omnib. enim,
etiā diuersa asserentibus, optimè uo-
lo. Neminē hac mea tractatione uel
lacessere uel offēdere cupio: nec aliud
quo impensius, quā ut simplex uerī-
tas uerè et simpliciter agnoscatur ab
omnib. dissidia uerò & affectatæ di-
sputationes uel altercationes cessent
atq; penitus dispareāt, cōcordia inter
fratres sarciatur, et sancta pax con
flet inter oēs, uniuersiq; uno ore glori
ficemus Deū, eidēq; seruiamus in san
ctitate, iustitia, & ueritate omnibus
diebus uitæ nostræ. Cæterū tractationē Dedicatio.
hanc meā tuo nomini inscribo, Nico
lauir illustris & domine colendiss.
tuā amicitiæ obseruātiæq; erga te

meæ teſtificandæ ſtudio, quã ut multis multò gratior ſit hic labor meus. Cùm.n. uni tibi multa Dominus eximia contulerit dona, excellasq; cũ generis tũ maximarũ & uerè heroicarum uirtutum uera nobilitate, ac in adminiſtratione Reipub. Bernatum ampliſſimæ, ita te geſſeris hucuſq; ut diligaris maximiq; fias à bonis omnibus, non poterit nõ liber hic meus, tuo ſaltẽ nomine, cui dedicatus eſt, multis eſſe multò gratiſſimus. Dominum aũt Deum noſtrum oro per unigenitum filiũ eius Ieſum Chriſtũ unicum ſeruatorem ac mediatorẽ noſtrũ, ut incolumẽ nobis te diu cũ omnibus tuis conſeruet, donisq; ſuis magis atq; magis locupletet, à malis defendat, et ſpiritu ſuo ſancto ſemper gubernet. Vale. Datæ Tiguri, menſe Decembri, Anno Domini M. D. LX.

VER-

VERBORVM DOMINI, IN DOMO PATRIS mei manſiones multæ ſunt, &c.

TRACTATIO.

DOMINVS *noſter Ieſus Chriſtus dixit ad diſcipulos ſuos in ſancto Euangelio ſecũdum Ioannem, capite 14.*

In domo patris mei manſiones multę ſunt. Quod ſi ſecus eſſet, dixiſſem uobis. Vado paraturus uobis locum. Et ſi abiero ad parandum uobis locum, rurſum ueniam, & aſſumã uos ad meipſum, ut ubi ſum ego, & uos ſitis. Et quo ego abeam ſcitis, & uiam ſcitis.

Occaſionem hiſce domini uerbis de patria cœleſti diſſerẽdi dedit illud maxime, quod antehac uerba diſertè dixerat, ſe iamiã ex hoc

mundo abiturum. Hinc enim contraxerat discipuli dolorẽ mœroremq; uehemẽtissimum: utpote qui hactenus felicissimè & tranquille prorsus sub domini uixerãt præsidio, quo iam spoliandi uidebantur, ideoq; exponendi omnium hostium iniurijs, uarijsq; et grauissimis periculis. Proinde cõsolatu hos, & in his omnẽ posteritatem piorum, ad finem usq; seculi, præsenti sermone Dominus, ac imprimis admonere uidetur & discipulos & nos, non tantopere spectanda esse præsentia, sed magis futura. Illa enim momentanea esse et fluxa, hæc autem sempiterna et stabilia. Quoniam uerò complures in præsentia hærent perplexi, multa & uaria cogitantes de uita illa futura, sit ne alia post hanc uitam beatitudo, demonstrat Dominus noster uerbis iam recitatis, esse post hanc uitam aliam, esse locum felicitatis certum, et salutem indubitatam, adeoq; se iam abire, per mortem, ut olim sedes illas beatas pulchre dispositas, electis suis præparet ac aperiat. Idcir cò non oportere discipulos tristari ob discessum uel mortem eius. Hanc enim fructuosam fore & salutarem. Pollicetur præterea se reditu-

Scopus & finis.

rum ad ipſos, ac aſſumptu rum eos ad ſemetipſum, ut ubicunq; ipſe ſit in beata illa patria, ibidem illi cum ipſo ſint etiam futuri, utiq; conſortes æternæ felicitatis.

Hæc ſi apud nos expendamus diligenter, credamusq; fideliter, non poterunt non ualidiſſimè quemlibet noſtrum in quolibet conſolari diſcrimine, atque adeò dura quælibet reddere mollia, amara q; et difficilia facere dulcia atq; leuia. Si enim morbi graues nos conficiant, ſi ſuſtineamus perſequutionem à mundo, & ſedibus noſtris eijciamur ab impijs, morte deniq; afficiamur probroſa, an non in his malis omnibus ſeruabimur firma ſpe, quæ exiſtit ex fide, qua credimus Deum per Chriſtum nobis eſſe propitium? Chriſtum enim eſſe qui reconciliauit nos patri per ſuã mortem, in Chriſti deniq; mortem inſitos, Chriſti paſſionibus fieri cõſortes dum affligimur, Chriſtum item ingreſſum in cælũ, aperuiſſe nobis parauiſſeq; mãſionem æternæ felicitatis, Chriſtũ deniq; ipſum curare quàm diligentiſſimè res noſtras, & indubitanter illum ſub finẽ uitæ noſtræ nos ad ſe recipere, ut ubi ipſe ſit, ibi nos quoq; cũ ipſo ſimus

Vſus huius doctrinæ.

futuri, cõsortes utiq; uitæ & gloriæ eius in sempiternum. O beatã spem piorũ. Nunquam defficere sinit hæc fides periclitantes, qui & perpetuis precibus hanc sibi augeri & cõfirmari potunt à Domino, qui solus hanc largitur.

Credò uitã æternam.

Hæc Domini nostri uerba explicabũt nobis præterea articulũ fidei, ultimum quidẽ in ordine, sed non postremum in fructu seu utilitate. Is est, Credo uitã æternã. Docebũt item eadẽ illa indubitatã esse salutẽ fidelium, atq; adeo paratã esse pijs uitã beatiorem hac mundana uita, illamq; migrantibus ex hoc mundo per Christum donari. Confutabuntur itaq; nostri seculi irrisores felicitatis beatæ, homines scelerati, quibus nunquã non in ore fœdo ineft cantilena illa spurcissimorum Ægyptiorum, imò porcorum Epicureorũ, in conuiuijs illis suis luxuriosis, dicentibus, Edamus & bibamus, cras enim moriemur: fabulæ sunt quæ nobis dicuntur à mo osis illis concionatoribus de immortalitate animarũ, de resurrectione corporũ ac uita futuri seculi. Quin potius fruamur hoc præsenti seculo, nihil soliciti de futuro illo incerto & fabuloso. Domini uerò uerba

erudimus

erudient nos, testabunturq́, certissima esse quæ ipse nobis dixit, ac nos docuit de uita futura. Ipse enim est in sinu patris, ipse cælo ad nos descendit, ipse animam suam posuit, & uiuã rursus assumpsit, ipse uero corpore à mortuis resurrexit, ipse in cælum ascendit, & illuc ad se subuexit hactenus omnes credentes in ipsum, et porrò subuehet nos omnes sperãtes in ipsum. Quid uerò canibus & porcis cum hac cælesti uita, cũ his extra fœditatem nulla uideatur esse uita? Reducentur hac Christi doctrina et illi in uiam ueritatis ac iustitiæ simplicem, qui dicunt cælum, in quod ascendit Christus, nullum esse locum certum, neq; quenquã explicare posse ubi aut quid sit cælũ. Cùm enim Christus receptus in gloriam, iam nullo in loco, sed ubiq; sit, consequens esse cælum, in quo sit Christus, nullum esse certum locũ, qui à nobis commonstrari possit. Dominum uerò longè aliter simplicius & melius docere, hæc quæ recitauimus ipsius uerba mox comprobabunt.

Cœlum locus certus.

Cùm uerò singula Domini uerba suum habeant pondus, ac propè singula singulæ sint sententiæ, digna & scitu necessaria cõprehenden-

Qua ratione hæc tractanda.

tes dogmata, uidetur sanè non tantũ generalis Domini explicandus esse sensus, sed etiam illa inquirenda esse quæ in uerbis laterent, & per collationẽ aliorum scripturæ locorum, quãtum Domini concesserit gratia ad utilitatem auditorum proferenda. Proinde cum Dominus ab initio dicat, In domo patris mei mansiones multæ sunt, ante omnia quærere iubemur, quæ sit illa domus Dei patris, & ubi sit.

Quæ sit domus Dei et ubi sit?

Templum Hierosolymitanũ in scripturis uocatur domus Dei, eò quod Deus ibi se præsentem futurum & uota fidelium auditurum promisisset, & quod illã domum sibi ceu officinam ueri cultus delegisset, quodq; in ipsa colligeretur Dei populus, qui est uerũ & uiuũ Dei templum, uera Dei domus, quã inhabitat Deus per spiritum suum. Ac ante extructũ templum & erectum tabernaculũ, nuncupauit patriarcha Iacob simili ratione Bethel domum Dei. Etenim eo loci apparuerat ei Deus, & collocutus fuerat cũ ipso admodum familiariter: in quo loco idẽ ille, reuersus ex Mesopotamia, sacros coegit celebrauitq; cœtus inuocans & glorificans nomen Domini. Sed certũ est

domum

domum patris in præsenti usurpari à domino nostro. Cæterum dicitur etiã cœlum habitatio domus aut sedes dei patris nostri. Tametsi.n. Deus nullo cõcludatur loco, sed pertingat per omnia, sicuti mox dicemus, loquitur tamẽ scriptura de Deo, pro captu humano, tanquã de rege aliquo aut imperatore maximo, tribuẽs ei sedem & regnum. Etenim solent reges arcem eximiã aut palatium habere ampliss. in quo sedeant, iudicia exerceant, & unde suos tueantur. Vnde scriptura per anthropopathiã Deo cœlum attribuit ceu arcẽ & sedem. Inde enim iudicia sua per oracula reuelat, suaq; etiam exercet iudicia, inde bona confert, ibidem uult requiri & inuocari, ibidem se uult suis gloriosum exhibere spectandum. Hoc inquã cœlum dicimus esse domum patris. De quo iam paulò fusius disseremus, obsecrãtes, ut lectores ac auditores hæc diligenter apud se expendant, & ea quæ salutaria sunt retineant.

Cœlum sedes Dei.

Ioan. Chrysost. homilia in Genes. 3. uehementer illis irascitur, qui aiunt plures esse cælos. Quis, inquit, ferret eos, qui ex suo capite loqui et contra diuinã scripturam multos cœlos

Plures ne sint cœli.

tes dogmata, uidetur sanè non tantũ generalis Domini explicandus esse sensus, sed etiam illa inquirenda esse quæ in uerbis laterent, ac per collationẽ aliorum scripturæ locorum, quãtum Domini concesserit gratia ad utilitatem auditorum proferenda. Proinde cum Dominus ab initio dicat, In domo patris mei mansiones multæ sunt, ante omnia quærere iubemur, quæ sit illa domus Dei patris, & ubi sit.

Quæ sit domus Dei et ubi sit?

Templum Hierosolymitanũ in scripturis uocatur domus Dei, eò quod Deus ibi se præsentem futurum & uota fidelium auditurum promisisset, & quod illã domum sibi ceu officinam ueri cultus delegisset, quodq; in ipsa colligeretur Dei populus, qui est uerũ & uiuũ Dei templum, uera Dei domus, quã inhabitat Deus per spiritum suum. Ac ante extructũ templum & erectum tabernaculũ, nuncupauit patriarcha Iacob simili ratione Bethel domum Dei. Etenim eo loci apparuerat ei Deus, & collocutus fuerat cũ ipso admodum familiariter: in quo loco idẽ ille, reuersus ex Mesopotamia, sacros coegit celebrauitq; cœtus inuocans & glorificans nomen Domini. Sed certũ est

domum

domum patris in præsenti usurpari à domino nostro. Cæterum dicitur etiã cœlum habitatio domus aut sedes dei patris nostri. Tametsi.n. Deus nullo cõcludatur loco, sed pertingat per omnia, sicuti mox dicemus, loquitur tamẽ scriptura de Deo, pro captu humano, tanquã de rege aliquo aut imperatore maximo, tribuẽs ei sedem & regnum. Etenim solent reges arcem eximiã aut palatium habere ampliss. in quo sedeant, iudicia exerceant, & unde suos tueantur. Vnde scriptura per anthropopathiã Deo cœlum attribuit ceu arcẽ & sedem. Inde enim iudicia sua per oracula reuelat, suaq; etiam exerceat iudicia, inde bona confert, ibidem uult requiri & inuocari, ibidem se uult suis gloriosum exhibere spectandum. Hoc inquã cœlum dicimus ẽsse domum patris. De quo iam paulò fusius disseremus, obsecrãtes, ut lectores ac auditores hæc diligenter apud se expendant, & ea quæ salutaria sunt retineant.

Cœlum sedes Dei.

Ioan. Chrysost. homilia in Genes. 3. uehementer illis irascitur, qui aiunt plures esse cœlos. Quis, inquit, ferret eos, qui ex suo capite loquiet contra diuinã scripturam multos cœlos

Plures ne sint cœli.

dicere audent? &c. Ambrosius uerò, & ante hunc Basilius in opere sex dierum, cõtendunt omnino plures esse cœlos. At Augustinus de Genesi ad lit. lib. 2. cap. 9. arbitratur disputationes de Cœlo, de forma & figura eius inutiles esse: Quas authores nostri, inquit, maiori prudentia omiserunt, ad beatã uitam non profuturas discentibus. Quoniã ita q; Iob. 38. cap. legimus, Cœlorum rationem quis enarrabit? Vnde & Damascen. de orth. fide li. 2. cap. 6. Cœli substantiã, inquit, non opus est indagare. Ignota nobis est: omittemus sanè inutiles illas disputationes de cœli substãtia et figura similibusq;, et ea dũtaxat adferem⁹, quæ ueritati sunt cõsentanea et à scripturis diuinis tradita, quæ ꝓculdubio nemo inutilia esse iudicabit. Scriptura diuina tradit nobis simpliciter unũ esse conditum à Deo cœlum, illud ipsum, inquam, quod supra nos est expansum. Quia uerò hæc cœli machina amplissima sanè & pulcherrima, regiones, uel orbes aut sphæras habet plures, uulgò dicitur, et in scriptura legimus, plures esse cœlos. Est enim cœlum nobis uicinum, aer nobis circunfusus, uolucrum, nubium,

Vnum cœlũ est quod plures habet sphęras

nubium, & pluuiarũ ſedes. Eſt itẽ cœlum ſtellatum, quod ſuas ueluti partes habet pro ratione ſyderum fixorũ & errantium. Ita uulgò ferè recenſere ſolent firmamentum, in quo ſtellæ fixæ ſunt, et orbes quos nuncupant ſphæras planetarum. Nec deſunt qui ſupra ſtellatum cœlum collocant aqueũ uel criſtallinum cœlum, & primum mobile. Vtcũq; uerò ea res habeat, ſcriptura nominat inferiorem illã aeris partem cœlum: à quo nominantur aues, aues cœli. Et de cœlo dantur pluuiæ: his non diſtillantibus, dicitur recluſum eſſe cœlum. In cœlis collocat ſcriptura Solem, Lunã, & ſtellas. Moſes dicit, Cœlum & cœlũ cœli, terra & omnia quæ in ea ſunt, domini Dei ſunt. Dauid dicit, Laudate Deũ cœli cœlorũ. Et Solomon, Si cœli cœlorum, inquit, te nõ continent, quanto minus domus hæc? Vnde Paulus ait, Chriſtum aſcendiſſe ſupra omnes cœlos, nimirum ex corruptibili hoc mundo, in cœlum æternum, ubi lux & gloria eſt perpetua.

Cœlũ aliud eſt uiſibile aliud inuiſibile.

Rectiſſimè enim docetur, Cœlũ aliud quidem eſſe uiſibile uel aſpectabile, quod & materiatum uocant & mutabile aut corruptibile;

aliud uerò inuisibile, spirituale, immutabile et incorruptibile atq; sempiternum. Visibile et mutabile illud ipsum est, de quo diximus hactenus, quod regiones illas uel orbes habet. De eodem loquutus Dauid dixit, Opus manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu aũt permanes, et anni tui nõ deficient. Si enim peribunt, mutabiles certè sunt & corruptibiles. Ne tamen qs id intelligeret de annihilatione, addit quomodo perituri sunt, & ait, Ceu uestimentum mutabis eos, & mutabuntur. Vnde alij scripturarũ loci, innouationis repurgationisq; cælorum, nimirũ horum inferiorum meminerunt. De quo iã non plura dicã: cùm ea de re fuse disputauerit beatus Augustin. in lib. de ciuit. Dei. Porrò inuisibile illud & spirituale cælum supra omnes alios cælos, extimũ atq; supremũ est, reuera thronus, sedes, & domus patris & Dei nostri. Attribuitur hæc sedes Deo sicuti et superius paulò dicere cœperã, nõ quod illo includatur, quasi in domo corruptibili. Infinitæ enim immensæq; potestatis est Deus, omnia implens, ubiq; præsens, omnia conseruãs: ideo aũt dicitur sedes & domus Dei hoc cælũ, quòd

Cælum inuisibile & supremum.

quòd in eo se suis plenissimè & uidendũ & fruendum exhibebit, quòd in eo in sempiternum habitabimus incorruptibiles. Dicitur nũc quidem Deus inhabitare lucẽ inaccessam. Quia nunc uel quãdiu in hac corruptibili carne uiuimus, Deũ uidere non possumus. Non uidebit me homo, inquit Dominus, & uiuet. Deũ (ait Ioan.) nemo uidit unquã: ubi aũt anima migrauerit ex hac corruptibili carne, ubi corpus ex mortuis resurrexerit, et clarificati purificatiq; & idonei facti fuerimus percipiendæ luci æternæ, tunc certè cũ iucunditate et plenè quantumq; sufficiet ueræ ac absolutæ felicitati lucem illam intuebimur, ac in loco illo cœli purgatissimo æternũ habitabimus. Ioan. enim dixit, Scimus quoniã si apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Et Paulus, Cernimus nunc quidem tanquã per speculum, tunc autẽ de facie ad faciem. Quin ipse Dominus Iesus dixisse legitur, Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, uideant gloriam meam.

Hoc cœlum unicum est & amplissimum, ac gloriæ longè amplioris quàm humanus ser- Cœlũ supremũ quale.

mo assequi possit. Vnde permultum differt à cælo uisibili, uel à cælis illis inferioribus, mundo corruptibili in rebus uarijs inseruientibus. Illud enim luce gloriaq; Dei illustre est, nullis obnoxium uicissitudinibus, sed tale omnino quale per figuratos amplissimosq; sermones describit Ioan. Apostolus, sub finẽ Apocalypseos uel reuelationis Iesu Christi. De hoc eodem cælo ad Corinthios ita uidetur quibusdã pronunciasse Apostolus, Scimus quod si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex Deo habituri simus, domicilium non manufactum, æternum in cælis. Qui locus licet ferè exponatur de corporum resurrectione, non desunt tamen, qui & de statu beatæ uitæ & cælesti mãsione eundem non perperam intelligant atque interpretentur. Nostris certè illis per omnia pulchre congruunt hæc S. Augustini uerba, quæ sic leguntur lib. 1. de Serm. dom. in monte, Cum dicit Dominus, Merces uestra copiosa est in cælo: Non puto cælos dici superiores partes (superiores iam uocat nostri respectu) uisibilis mundi. Non enim merces nostra, quæ incon-

inconcussa & æterna esse debet, in rebus uolubilibus & temporalibus collocanda est: sed in cœlis dictum puto, in spiritualibus firmamentis, ubi habitat æterna iustitia. Hæc ille.

Dicimus autẽ hoc cœlum domum Dei patris nostri, in qua æternum cum Deo & omnibus sanctis eius habitaturi sumus, certum esse locum à terris & omnibus alijs inferioribus partibus distinctum & separatum, adeo ut qui in terris adhuc uersamur, in exilio agere uerè dicamur. Paul. enim apertissimè dicit, Cum domi sumus in corpore, peregrinamur à Deo: nõ quod Deus in nobis non sit, & nos nõ simus in Deo, sed quod in terris adhuc uersamur, nec dum in patriã in cœlestes sedes migrauimus. Minimè ergo cõmittendum uidemus, ut sicut maiestatẽ Dei immẽsam penetrare per omnia & ad omnia pertingere credimus, ita & cœlũ sedẽ Dei ac beatorum unà cũ Deo per omnia extẽdamus. Et quidẽ scripturæ non cõmiscuerunt unquã cœlum terræ, aut dixerunt unquã cœlum esse in terra, sed manifestè separarunt à terra. Dauid, dominus in cœlo, inquit, præparauit sedẽ suã, & imperio suo uniuersa regit.

Cœlũ hoc diuinũ certus est locus

Itẽ, Deus noſter in cœlo eſt, omnia quæcũq; uo luit fecit. Et adhuc clarius: Cœlũ cœli Domino, terrã dedit filijs hominũ. Quod quid aliud eſt, quã ſi dixiſſet, ita partitus eſt habitationes ut ipſe Deus incolat cœlũ ſupremum, terras infimas nunc inhabitẽt mortales homines: cũ interim nihilominus terræ cœliq; Dominus et gubernator ſit? Seruator quoq; noſter maximè diſcreuit inter cœlũ & terrã, cũ nos orare docuit ac dixit, Fiat uoluntas tua, quemadmodũ in cœlo, ſic etiã in terra. Et rurſus cũ dixit Exiui à patre, et ueni in mundum, iterũ relinquo mundũ, & uado ad patrẽ. Deinde nõ ignorarũt beati patres & ſanctiſſimi Apoſtoli, Deum immenſum eſſe, eundẽ ubiq; eſſe, neq; uel à graminib. folijś ue arborum abeſſe. Quis uerò Deum unq; uel in arbore, uel in ipſo uiuo homine, condito ad imaginẽ Dei adorauit? Omnes omniũ ſeculorũ ſancti, Deum, eleuatis in cœlũ oculis & ferè manib. etiã adorarunt. Clamat ꝓpheta Dei, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ita per uniuerſam hiſtoriã ſacrã clamarunt beati patres in cœlũ. In Euãg. eleuat ipſe Dominus noſter orans aut benedi-

cens,

tens oculos ſuos in cœlum. Iubet præterea oculos eleuare in cœlum. Apud Lucã legimus, Et ferebatur Chriſtus in cœlum: diſcipuli uerò adorato eo, redierunt Hieroſolymam.

Nam in hoc ipſum cœlum, in domum in- Cœlum in quod aſcendit Chriſtus ubiq;
quã patris ſui aſcendit Chriſtus, in quo & habitat, in hoc ipſum aſcenſuri ſumus & nos, & in illo ipſo habitaturi cũ Chriſto. Ex hoc cœlo redibit ad iudicandũ uiuos & mortuos. Et ſicut immẽſitas Dei, cœlũ nõ reddit immenſum, aut facit ut ſit ubiq;: ita glorificatio Chriſti, et quod aſcẽdit ſupra omnes cœlos, ac iuxta diuinã ſuã naturã ubiq; eſt, non eximit cœlum loco aut efficit, ut et cœlum ſit ubiq;, cum iuxta humanã naturam corporisq; ingenium nõ ſit ubiq;, ſed in loco. Nũc enim audiẽda ſunt nobis de his diuinæ ſcripturæ teſtimonia, quib. fides noſtra uera & informetur & cõfirmetur contra oẽs falſas opiniones aut perſuaſiones. Coniungemus aũt in unum contextum, quæ beati Euangeliſtæ Marc. & Luc. cum in hiſtoria Euang. tum Apoſtolica, ea de re nobis credẽdum tradiderunt. Sunt aũt ea huiuſmodi, Et factum eſt dum benediceret eis, quòd ſublatis Deſcriptio aſcenſionis Domini in cœlos.

manibus recederet ab eis. Et uidentibus eis in altum sublatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Et ferebatur, & susceptus est in cœlum, & sedit à dexteris Dei. Cumq; essent defixis in cœlum oculis (discipuli) eunte illo, ecce uiri duo astiterunt illis, in uestib. albis, qui & dixerunt eis, Viri Galilæi, qd statis intuentes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cælum, sic ueniet, sicut uidistis eum euntem in cœlum. Hæc quidẽ uerba sunt historiæ sanctæ, sed diligentius uidentur nobis singula expendenda, nõ ostitanter leuiterúe percurrenda aut transeunda, ut ueritatem de cœlo & de corpore Christi in cœlũ assumpto rectè intelligamus, et uerè secundũ scripturas fidem qúe orthodoxã de his sentiamus, iudicemus, credamus ac profiteamur. Et principiò quidẽ testatur historia sacra recessisse Dominũ à discipulis suis, nimirũ præsentia corporali, q alio qui cũ ipsis est diuina gratia & potentia ad finem usq; seculi. De hoc suo discessu, & q uerè ab eis recessurus sit, sæpe aliàs in Euang. dixit. Inter alia, Si nõ abiero, consolator ille nõ ueniet: sin abiero, mittã illum ad uos. Itẽ, Exi

Dominus recessit à suis.

ui à

ui à patre, & ueni in mundũ, iterum relinquo mundum & uado ad patrẽ. Et iterum, Et iã nõ sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio pater. 2. Quod aũt dominus noster à suis receßit, nõ illusione ulla factum est aut disparitione potius quapiã q̃uera abitione, uel quod inuisibilẽ se reddiderit. Additur enim in historia, Videntibus discipulis sublatus est. En sublatus est, inquit, ut solent uera corpora, Et quidẽ in altum sublatus est, ait. Id quod oculis suis uiderunt discipuli. Vnde Apostolus loquẽs de resurrectione, ascẽsione, et sessione ad dexterã patris, superna & infernа uel terrestria sibi mutuò opponit, & ait, Si resurrexistis unà cũ Christo, superna quærite, ubi est Christus ad dexterã Dei sedẽs. Superna curate nõ terrestria. Proĩde historia sacra, nũc in altũ sublatus est inqt. 3 Adhuc uerò significatius modũ ascẽsionis exponẽs, Nubes inqt, suscepit eũ ab oculis ipsorũ. Supra nubes ergo & æthera euectꝰ est dominꝰ noster, & qui dẽ uero suo corpore, quod adeò mutatũ ac conuersum in spiritũ nõ est, ut nisi nubes hoc obtexisset, uisibilis adhuc oculis discipulorum,

Vera est ascensio Domini.

Nubes suscepit eum ab oculis ipsorum.

contuendo euntẽ prosequentib. mãsisset. Ergo nihil cõmune habet cum spectris assumptũ ac glorioſum Christi corpus. Videmus itẽ ubi sit cælum in quod ascẽdit Dominus noster, supra nubes utiq;. 4 Quinimò exprimitur hoc adhuc significãtius, cum adijcitur, Et ferebatur & susceptus est in cælũ, atq; ita cõsedit ad dexterã Dei. Ferebatur altius, donec perueniret in ipsum usq; cælum. En in cælũ dicitur: Quod & ipsum dextera patris nuncupatur, sicuti mox ostendemus plurib. 5 His omnib. apertissimis licet, adhuc adijcitur, Cumq; essent defixis in cælũ oculis, (discipuli) eunte illo. Eunte inq;, i. ascendente illo in cælum, uerè utiq; et corporaliter, discipuli oculos suos defixerãt in cælum, etiã ita hærentes, cum præ nube Dominum amplius nõ uiderent, Vt hinc iterum intelligamus ubi sit quærẽdum cælum, non in inferioribus hisce regionib. sed supra nos in supernis. 6 Verùm mittit iã angelos suos Dominus discipulis suis & nobis, qui simpliciter & uerè nobis totum hoc mysterium explanẽt. Increpãt discipulos angeli, quod post tot Domini admonitiones de corporali discessu, mirarẽtur

Angeli exponũt ascẽsionem Domini.

tur adhuc, & corporalis præsentiæ essent cupidi. Dicunt.n. Viri Galilæi, quid statis intuentes in cælũ? Hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cælũ, sic ueniet sicut uidistis eum euntẽ in cælum. Ergo omnib. pijs hoc credendum & pio orthodoxa fide mordicus retinendum est, quod corã apostolis Christi testibus testificati sunt, testes ueritatis angeli, Iesum Christum Dominum nostrũ ascendisse in cælum, ascẽdisse autẽ uero suo corpore, quo assumptus est, in quo itẽ uiderũt eum discipuli euntẽ in cælum. Nõ erat hoc corpus amplius in terra præsens aut ubiq;, quia assumptũ erat. Nec corpus erat, quod aliquid cõmune haberet cũ spectris. Videntib. enim illis uerè assumptũ uel sublatũ est. De quo antea quoq; dictũ est, quod recesserit. Iã quo assumptũ aut sublatũ sit, etiã repetitur semel & iterũ, in cælũ. Ac in quod cælum sublatũ sit, etiã additur, in cælũ illud q̃ supra nos est, nimirũ unde uẽturus est ad iudicium.

E quo cælo redituras sit Dominus in iudicium.

Videamus itaq; cõsequenter è quo cælo, aut unde & quomodo idẽ Dominus noster uenturus uel rediturus sit in iudicium, ad iudicandum, inquã, uiuos & mortuos. Quemadmodũ

autẽ in ijs quæ hactenus protulimus, nihil noſtro indulſimus arbitrio, nihil ex nobis cõfinximus ſed omnia ſcripturis ſanctis demonſtrauimus & cõfirmauimus, ita & cõſequenter reliqua proſequemur. Dicimus aũt cum angelũ nõ alium q̃ ipſum uerum Deum & hominem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum è cœlo in nubes deſcenſurum uero ſuo corpore, & ibi iudicaturum uiuos et mortuos. Apoſtolus enim Paulus hoc myſterium expoſiturus aſſerit, ſe non allaturum hominum cõmenta, ſed ipſum Domini uerbum, Hoc uobis, inquit, dicimus in uerbo Domini, quod ipſe Dominus cũ hortatu & uoce archãgeli, ac tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgẽt primũ: deinde nos qui uiuemus & reliqui erimus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus, in occurſum Domini, in aera, & ſic ſemper cũ Domino erimus. Expendamus aũt hæc iterum paulò diligentius, cõſiderando quomodo inſeruiãt noſtro inſtituto. Principiò ipſe Dominus inquit, ad iudicium ueniet cum hortatu et tuba archangeli ſui. Ipſe inquã Dominus, Deus uerus & homo uerus, uero ſuo corpore ueniet ad iudicium.

2. Theſſ. 4.

Ipſemet dominus redibit in iudicium.

iudicium. Vnde angeli dixerunt in aſcenſione eius, Hic ille Ieſus, qui aſſumptus eſt à uobis in cœlum, ſic ueniet ſicuti uidiſtis eum euntem in cœlum. Quin ipſemet Dominus in Euangelio, Filius hominis mittet, inquit, angelos ſuos cum tubæ uoce magna, & cõgregabunt electos, etc. 2 Cæterũ hic Dominꝰ noſter deſcẽdet de cœlo. Quid his poterat dici euidentius et perſpicacius? Deſcendet, inquit, filius hominis, et deſcendet quidem de cœlo. Deſcendet enim de cœlo illo ſupremo, in quod aſcẽdit aut in quod ſublatus eſt, quod eſt domus patris & domicilium non manufactum æternum in cœlis. De quibus alibi quoq; idem apoſtolus, Noſtra, inquit, conuerſatio in cœlis eſt, unde & ſeruatorem expectamus, dominum Ieſum Chriſtum, &c. Idem Theſſalonic. ait iuxta uerã fidem expectare filium Dei de cœlis. Et in ſecunda ad Theſſalon. Cum reuelabitur Dominus Ieſus de cœlo, inquit, cum angelis potentiæ ſuæ, & cum incendio flammæ, rependet omnibus iuxta facta ſua. Cum uerò deſcendet, oſtendet ſe ſecundum ueritatem corporis non eſſe ubiq;, & cœlum locum eſſe certum, non ubiq; è quo

Redibit è cœlis.

utiq; descendere potuit. Si uerò dicas, quo descensurus sit? In inferiorẽ istã regionẽ, ubi nubes sunt. Ita enim dicit in Euang. Dominus. Tunc apparebit signum filij hominis in cælo: & uidebunt filium hominis uenientẽ in nubibus cœli, cum potentia & gloria multa. 3. At quid fiet iudice iã in nube uelut in throno residente? Resurgent primùm, & quidẽ in momẽto oculi, qui in fide Christi mediatoris hinc migrarunt, à primo usq; ad ultimum hominẽ: deinde immutabuntur, qui superstites in illo iudicio fuerint reperti, aut quos dies illa in hoc mundo adhuc uiuentes repererit. Illi, inquã, immutabuntur, iuxta illud Apostoli. Canet tuba, et mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Vnde manifestißimè constat, ueritatem naturæ in corporibus resuscitatis manere, non autẽ expungi, sed gloriam accedere, ac per hanc illa ab omni infirmitate & corruptione repurgari. Quemadmodum & ueritas corporis, in Christo clarificato, mansit. Dicit autẽ Apostolus, Is trã-

Resurrectio mortuorum et immutatio.

figurabit corpus nostrum humile, & cõforme reddet corpori suo glorioso. 4 Quo autẽ peruenient restituti fideles anima & corpore à resurrectione? Sequitur respõsio in Apostoli uerbis, Simul cum illis rapiemur in nubib. in occursum Domini, in aera. Sursum nimirũ attollemur omnes electi, instar domini nostri, è mõte oliuarũ, ascendentis in cælũ. Rapiemur autẽ dixit, ut ueritatẽ corporum significaret, celeritatẽ interim etiã notaret clarificatis unà corporibus congruã. Addit in nubib. ut intelligamus quo descẽsurus sit dominus & quo nos ascensuri. Sequitur. n. In occursum domini in aera. Quæ singula mirificè, nostro seruiunt instituto. 5 Ergóne manebimus, inquis, in media regione aeris, aut in corruptibilibus cælis, aut in ipsis nubibus? Minime gentium. Apostolus enim, Et sic semper cũ domino erimus. Vbi dominus futurus est, ibi nos quoq; cũ ipso sumus futuri. Trãsferemur enim cũ ipso Christo seruatore nostro in cœlum illud supremum et æternũ, in quod nos secum adducet dominus. Ante enim Apostolus adducẽdi uerbo usus est, dicens: Si credimus quod Iesus mortu

Quo perueniant restituti post iudicium.

us est & resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo. Et ad Hebr. dicitur Deus filios suos adducere in gloriam per principem salutis nostræ Iesum. Et in præsenti loco Euan. dicit ipse dominus, Ego assumã uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis mecum. Exposui hæc hactenus simpliciter & perspicue, opinor, de cœlo, in quod ascẽdit Christus dominus noster, nec dubito hæc, cùm uerbotim nobis sint per spiritum sanctum in scripturis sic tradita, esse simplicia, pura, perspicua, uera, firma, certa, & orthodoxa, ideoq; omnib. pijs mordicus retinenda, neq; audiendos esse contraria his docentes. Etenim lõgè certissima est fides nostra de salute nostra & certo salutis (sicut iã ex scripturis copiosè intellexim⁹) loco. Sed & Augustin. ad Dardanum disputans quomodo Deus sit ubiq;, & quomodo Christus quoq; sit ubiq;, et rursus nõ sit idem ubiq;, nõ aliena ab his nostris in medium proferens, inter alia, quæ hic nobis credenda & firmiter de hac re retinenda sint omnib. pijs docens, ait, Nõ dubitare ibi nũc esse hominẽ Christum Iesum, unde uenturus est: memoriterq;

Certa de cœlo doctrina.

moriterq; recole & fideliter (obserua hæc) tene, Christianã cõfessionem (nõ utiq; hæresim) quoniã resurrexit à mortuis, ascendit in cælũ, sedet ad dexterã patris: nec aliunde quàm inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante, quẽadmodum uisus est ire in cælum, id est in eadem carnis forma atq; substantia: cui profecto immortalitatem dedit, naturã non abstulit. Secundum hanc formã non est putandus ubiq; diffusus. Cauendũ est enim ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Et reliqua quæ sequuntur Epist. 57

Vbi et quid sit cælũ in quod ascendit Dominus noster.

Colligimus autem ex his omnibus ac dicimus, cælũ in quod ascẽdit dominus Iesus Christus, domum esse patris, mãsionem uel habitationem sedemq; Christi & electorũ eius, lõgissimè à terris remotum, adeoq; ab ipsis cælis aspectabilibus & inferiorib. distinctum, & cõstitutum supra nubes, imò super omnes cælos in excelsis, luce diuina & gloria omnigena ampliss imaq; splendidissimum instructissimumq; atq; ideo diuinum & spirituale & æternum, quod interim nihilominus sit locus aut habitatio

autmansio certa, spiritibus beatis & corporibus clarificatis congrua atq; idonea. In ea mansione credimus Christum dominum nostrum uerum Deum & hominem inhabitare cum omnibus electis & glorificatis suis: in qua denique ipse Deus lux æterna fruendum se beatis exhibet pleniſsimè, ad iucundam usq; saturitatem: iuxta illud Dauidis, Satietas gaudiorũ in conspectu tuo est, & iucunditas in dextera tua in perpetuum. Psal. 16.

Curiosè nõ inquirendũ ubi aut quid sit cœlum.

Obijciunt hic nobis nonnulli illa Augustini ex 6. cap. de fide & symbolo uerba, Vbi et quomodo sit in cælo corpus dominicũ curioſissimũ & superuacaneum est quærere: tantummodo in cælo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ, cælorum secreta discutere: sed est nostræ fidei de dominici corporis dignitate sublimia & honesta sapere. Respõdemus principiò quidẽ, si uerbis Augustini illi ipsi, qui hæc nobis obijciunt, credunt, quare itaq; non credũt simpliciter ita ut ille docet, corpus Christi esse in cælo? Cur dicũt hoc esse ubiq;? Cur uertunt in dubiũ simplicẽ & apud omnes piã confeſſam de cælo sententiam? Libenter sanè nihil di-

bil de cælo disputaremus, nisi nouum illud de cælo dogma huc nos pertraheret, quo labefactatur spes fideliũ, ac simplices redduntur anxipites ac dubij. Deinde certum est illum curiosas mouere quæstiones, qui disserit de rebus nihil ad se pertinẽtibus. Quis uerò dicat nihil ad nos pertinere cognitionem salutis nostræ? Voluit certè dominus scire nos locum certum in domo patris paratum esse nobis. Alioqui nõ docuisset hoc in præsenti tã diligenter & perspicue. Curiosas potius illas existimamus esse quæstiones, quas tractãt nõnulli scholastici, an regio cæli sit plana, an curua, seu mõtosa? Et si plana sit, quomodo Christus à sanctis omnibus possit conspici? Deinde an ambulet in cælis Christus, an sedeat, an stet? An in colle uel humili situ se contineat? Hæc & similia nec quærimus nec discutimus, aut discutientibus consentimus, ideo sententiæ beati Augustini nõ aduersamur. Tã uerò superuacaneum est, cuius tractatio nullum habet usum. Sed tractatio illa, uberrimum ampliſsimumq; usum habet, cõfirmans spẽ nostrã & explicans simplicium animos perplexos. Cæterum ipse August.

se explicans, Non est, inquit, fragilitatis nostræ, cœlorum secreta discutere. Secreta cœlorũ uetat nos discutere. Secreta uerò illa sunt, quæ per scripturas non sunt tradita. Quæ uerò in præsenti trado, tantum ex scripturis propino. Alioqui libenter me cum omnibus sanctis intra modum contineo, neq; operosius aut irreligiosius in secreta Dei irrumpẽs temere inquiro: rogo potius dominum ex animo, ut me aliquando cũ electis suis in adyta illa sua admittat, ut gloriã eius uideã, & dominum cum omnibus sanctis in æternum collaudẽ. Agnoscitẽ, tametsi multa de cœlo et beata uita ex scripturis adducamus, tamen pijs longè ampliora esse recondita, quàm ulla hominis assequatur lingua. Id quod ipse ex propheta Paul. fatetur in 1. ad Corinth. cap. 2. Quæ oculus nõ uidit, &c. Quibus tamen non negauit cœlum et gloriam cœlestem planè esse nobis incognita, sed præstantiam & amplitudinem eius excellentiorem esse dixit, quàm per infirmitatem sensuum nostrorum percipi possit.

An Christus includatur in cœlum ceu in cauea?

Rursus aũt nobis hic obijcitur, nos non ad modum honesta & sublimia de dominici corporis dignitate sapere, qui Christũ dominũ glo

ie, in cœlum ueluti auẽ aut ferã in caueã ali quã cõcludamus, imò & ceu uinculis cœlo alligemus, quasi neceßitate quadã ibi, & nõ alibi, ubi ipse uelit, manere cogatur: cũ interim hominem peccatorẽ, nedum gloriæ dominũ, ad ta le cõditionem redigere, iniquißimum esse uidetur, niſi cõmeruerit flagitijs. Ingens uerò, enormis ac impudens est hæc calumnia, nobisq; hac in parte maxima fit iniuria. Scimus ſanè fratres aliquot ex cathedris iſtis ſacris, cõtra nos adrudẽ populum detonarẽ, ac dicere, Videte obſecro, quales iſti ſint, qui cũ Chriſtum ſua ſpoliarunt omnipotentia, mox etiã eundem in cœlum, ueluti ſceleratum aliquem in cataſtã, concludunt. An uerò dum tam horrenda in totius eccleſiæ conſpectu proponitis, nõ metuitis Deum fratres? Nos certe neq; ita ſentimus, neq; ita de Chriſto glorioſo domino noſtro loquimur, ut uos noſtra nobis interpretamini. Veſtra, nõ noſtra ſunt illa tã dira de Chriſto uerborũ mõſtra. Scimus, agnoſcimus, & fatemur, Chriſtũ dominũ noſtrũ omnipotentẽ eſſe: imò quomodo Deum eſſe prædicaremus, niſi ſi mul omnipotentẽ eſſe libera uoce pfiteremur?

Chriſtus dominus eſt omnipotẽs

Cæterum nõ ideò quiduis ei obtrudimus, aut illud minime ei ättribuimus, quod cũ natura, uoluntate aut uerbo eius pugnet, quasi hoc fecerit, quod nõ fecit, quia facere potuerit. Nemo unquam beatis patribus impietatis crimẽ impegit, propterea quod apertè dixerũt, id Deum non posse quod nolit, aut quod secum pugnet. Quid nos aliud hucusq; diximus? Anideo omnipotentiam Christi negauimus? Videte uos potius ne impotentiam Christo ascribere uelle uideamini, qui absurda, aliena item à natura & uerbo eius ei attribuitis.

Christus nõ alligatur.

Nemo uerò nostrum unquã alligauit aut affixit Christum uni alicui loco, aut concluſit ipsum ueluti auẽ uel feram in caueã. Ita enim scriptum est in libris nostris, Non dicimus corpus Christi alligatum esse in cælo, sed dicimus uerè è terris sublatum, in cælo nunc uersari liberè (en liberè diximus et dicimus semper) ratione glorioſi corporis: ideoq; corpus eius in cælo nec stare semper nec sedere perpetuò, sed prout uult aut ubicunq; locorum uult, et ratio æternæ salutis & gaudij dictat, liberrimè uersari. Quicquid enim est supra cælos aſpectabiles,

es, quod sanè infinitis partib. maius est quàm orbis uniuersus, illud omne elegit Christus si-li, ut ibi, quod ad eius humanitatẽ attinet, ma-xima in felicitate uersetur ad diẽ usq; ultimũ. Nec dissimulauimus unq; sedendi & stãdi uocabulis ampliora quædã significari. His iam addimus uerũ Christi corpus quod in cælum est assumptum, nõ diffundi per omnia, sed con-tineri cælo, usq; ad diem restitutiõis omnium. Quid uerò hac doctrina peccare contra ueritatem & contra gloriã Christi uidemur? An nõ ita ante nos docuit (à quo etiã hoc didicimus) beatus apostolus Petr. qui dixit, Oportet Christum cælum accipere (τὸν οὐρανὸν δέχεσθαι, id quod aliàs conuersum est, quẽ oportet quidem cælo capi aut cõtineri) usq; in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est dominus per os omnium sanctorum suorum à seculo prophetarum. Nemo uerò hic ignorat tẽpora illa restitutionis omnium esse diẽ illũ extremum, ad quẽ usq; dicit Petr. Christum cõtineri cælo. Fides.n. sonat Christum ascendisse in cælum, sedere in dextera patris, inde, (inde inquam) uenturum ad iudicandum uiuos & mortuos.

Quis aũt ex hac fide & ex diſertis illis Petri uerbis colligat, Chriſtũ loco eſſe affixum? Indigniſſime obijcitur nobis neceſſitas, quã Chriſto manẽdi in cœlo imponamus. Meminiſſe debuerãt iſti qui illa nobis obijciunt, Petrũ ita dixiſſe, oportet (oportet inquã) Chriſtum cœlum accipere, deniq; dudũ à nobis ſophiſmata illa & calumnias eſſe dilutas. An nõ legerunt in ſcriptis noſtrorum? Oportuit Chriſtũ ita cœlum accipere & ad extremũ uſq; diẽ ibi ſe cõtinere, ut uolens & libens ibi maneat, ad nos autẽ quoad corpus nõ deſcendat. Hæc autẽ neceſſitas, nõ aliud eſt, q̃ ordo quidã diuinorum cõſiliorum. Quem quidẽ ordinem nos nobisipſis non confinximus, ſed ex diuinis literis didicimus. Eſt ergo hæc neceſſitas uoluntatis, non coactionis, aut uiolenta. Vt enim ordine à Deo poſito, fieri nõ potuit, quin pateretur Chriſtus, (oportuit enim Chriſtum pati, dicit ipſe Chriſtus dominus) ita eodẽ ordine fieri non poteſt, quin Chriſtus quo ad corpus contineatur cœlo &c. Proinde ſatis honeſta & ſublimia de dominici corporis dignitate ſapimus, niſi non digne ſatis doceãt nos de illo ſapere ſacræ literæ

An neceſsitate quadã cõtineatur in cœlo Chriſtus.

Præterea

Præterea, aiunt nõnulli, scripturas teſtari, Chriſtum aſcendiſſe ad dexterã patris, at dexterã hanc patris, ad quã conſedit dominus, poteſtatis & maieſtatis diuinæ, nõ loci alicuius certi nomẽ eſſe. Ad quã rẽ oſtẽdendã multa colligũt diuinæ ſcripturæ teſtimonia, imprimis uerò illud Apoſtoli adducunt, Et ſedere fecit ad dexterã ſuã in cœleſtibus, ſupra omnem principatum ac poteſtatẽ, & uirtutem & dominium, & ſupra omne nomen, quod nominatur, non ſolũ in ſeculo hoc, ſed in futuro: & omnia ſubiecit ſub pedes illius, & eũ dedit caput ſuper omnia ipſi eccleſiæ, quæ eſt corpus illius, cõplementũ eius, qui omnia in omnib. adimplet. His ad hunc modũ recitatis, ſubijciunt protinus ſuos triumphos, clamantes, Videtis dexterã Dei ad quã conſedit Chriſtus, exaltatã eſſe ſuper omnia, & pertingere etiã per omnia, adeo ut Chriſtus, quod in dextera Dei ſit, diuatur adimplere omnia: quod fieri non poteſt, niſi ſit ubiq;, & dextera Dei ſit uirtus Dei immenſa, et non certus aliquis et circũſcriptus locus.

De dextera Dei nũ poſſit et ipſa locum ſignificare.

Nos uerò nõ negamus dexterã Dei pro uirtute immẽſa Dei in multis ſcripturæ locis accipi

Dextera Dei prima ſignificatione immẽſa.

Concedimus itẽ Christum secundum quod Deus est, nullo concludi aut circunscribi loco, sed esse ubiq; ideo tamen uerã eius humanam naturã nec negamus in gloria, nec confundimus cũ diuina. Cõfitemur præterea Christum dominum nostrum ascensione in cœlum & sessione ad dexterã patris, exaltatum esse super omnẽ principatũ & potestatẽ, imò super omne quod nominari potest, siue huius præsentis siue futuræ uitæ. Apostolus enim ad Hebr. hac filij sessione approbat Christum angelis esse lõgè superiorẽ: quippe cũ nulli angelorum unquã dictum sit, Sede à dextris meis, &c. Et Petr. in prima illa sua concione, quæ exponitur in Act. c. 2. producta in mediũ ascensione domini & sessione ad dexterã patris, Certò sciat ergò ait, tota domus Israel, quod Christũ & dominum fecerit Deus, hunc Iesum quẽ uos crucifixistis: nõ quod ante Iesus dominus noster, dominus aut Deus nõ fuerit. Nã Ioan. 17. ad patrẽ dicit, Glorifica me tu pater apud temetipsum gloria, quã habui priusquã hic mundus esset, apud te: sed quod nunc maxime in resurrectione & in ascensione per glorificationem declarauc-

declarauerit illum esse suũ filium, æqualis glo
riæ & potentiæ, cui subiecta sint omnia: nõ qui
dẽ ut creaturæ & homini nudo, sed ueluti uer
bo incarnato. Quod si his aliquid breuius re-
quiritur à nobis, libentissime concedimus sessi
one ad dexterã patris, metaphorica loquutio-
ne, significari Christum apud patrẽ in summo
esse honore. Sicut apud reges illi supremum lo
cum tenent, qui sedent illis ad dexterã. Hæc
quũ omnia ut uerissima sunt, ita nõ hoc efficiu
unt ut per glorificationẽ hanc dominus noster
ideſſe desierit, quod erat, homo utiq; uerus, na
turã humanã seruans in gloria & in ipso com
plexu diuinitatis; cum ipsi in scripturis à clari
ficatione & ueritas corporis attribuatur, & fi
lius hominis nõ uno loco dicatur. Ergo cũ ser-
uator & mediator noster Christus Iesus, ille
idẽ qui residet ad dexterã patris, nõ tãtum sit
Deus, neq; humana natura glorificata sit in
Deum, aut cõuersa in Deum, ac ita deificata
(sicut nonnulli hodie docere non uerentur) sed
simul maneat etiã homo uerus, non poterit nõ
dextera patris alia quoq; significatione nobis
denotare locum felicitatis, idoneum aut com-

modum corpori Christi uero residenti in dextera patris. Nihil hic cõfingo ex meo capite. Scriptura nos ita sentire docet, quæ hac in parte diligentissime & perspicue solet multis in scripturæ locis dexteræ Dei coniungere nomẽ cœli, ut cum omnes scimus cœlum esse loci nomen, sicuti superius multis ostensum est, pariter intelligeremus, dexteram Dei, quatenus coniungitur cũ cœlo, ac est sedes corporis Christi, etiã esse loci æternæ felicitatis nomen, & & non tantum immensæ diuinæ potentiæ denotationẽ. Sed uideamus iam aliquot hac de re illustria scripturæ testimonia.

Dextera Dei secũda significatione finita.

In Actis Apostolicis legimus de beato Stephano (qui non multo post ascensionẽ & glorificationem Christi domini tempore, lapidatus est) in hæc uerba, Cum aũt plenus esset spiritu sancto, intentis in cœlũ oculis, uidit gloriã Dei & Iesum stantem à dextris Dei, & ait, Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis stãtem à dexteris Dei. Ostendit nobis in hoc testimonio scriptura, dexterã Dei non ubiq, sed in cœlo, dexterã inquã in qua stat filius hominis, uerus inquã homo Iesus Christus, cuius humana

natura

natura glorificata, non aũt annihilata aut à diuina fuit absorpta. Stare uerò in dextera Dei nunc dicitur, qui aliàs sedere ad dexterã Dei legitur, quia liberũ ei est, ita ut uult, uersari uel agere in cælo: sicuti superius dictũ est. Quanq̃ hic uideatur hoc corporis habitu, significare uoluisse, se ad iuuandũ Steph. esse paratum. Vt aũt uerum hominẽ Christum uidere posset, apertum cõmemoratur cælum. Apertione cælorũ nihil fuisset opus, si non esset in cælo dominus, sed ubiq;. Tenebãtur autẽ oculi duorum discipulorũ euntium Emauntẽ, ne agnoscerent Dominum comitẽ: dari ergo oculi potuerunt Steph. qui uiderent longè dißitũ Dominũ. Vnde alij monuerunt non frustra cõmemoratum esse, intendisse oculos Steph. uidisse gloriã Dei, & cælos ipsi apertos esse. Id quod propter eos hic cõmemoro, qui interrogare solent, quomodo Stephanus Dominum in cælis tam longè dißitum uidere potuerit?

1. Petr. 3. dicit S. Petrus, Christus est ad dexteram Dei, profectus in cælum, subiectis sibi angelis & potestatibus ac uirtutibus. Licet uerò his omnia subijciat Sanctus Petrus 2

Domino noſtro Ieſu Chriſto ſedenti ad dexte rã patris, utpote uero & unico uniuerſorũ Domino, tamen non tacet profectionem Domini eiuſdem in cœlum, qua peruenit ad Dei dexteram, utiq; propter ueritatem naturæ humanæ manentem in cœlo.

3 *Paulus quoq; ad Hebr. 1. Filius per ſemet ipſum, inquit, purgatione facta peccatorum noſtrorum, conſedit in dextera maieſtatis in excelſis. Videtur aũt utranq; dexteræ ſignificationem his complexus Apoſtolus, dum & maieſtatem dexteræ dicit & ei nihilominus addit in excelſis. Superuacaneè addidiſſet Apoſtolus, in excelſis, ſi dextera Dei nullũ locum haberet in excelſis aut in cœlo.*

4 *Idẽ Paulus ad Coloſ. 3. Si reſurrexiſtis unà cũ Chriſto, inqt, ſuperna quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexterã Dei ſedens. Superna curate, nõ terreſtria. Terrenis opponit ſuperna uel cœleſtia. In ſupernis oſtendit Chriſtum & qui dẽ ſedẽtẽ in dextera. Si dextera Dei omnimodo ubiq; eſt, fruſtra iterum meminit Apoſtol⁹ ſuperiorũ. Supra dicit Paulus apertè, dexterã Dei eſſe, in qua Chriſtus ſedet, & non ubique.*

Iterum

Iterum uerò idem Apoſtolus dexterã Dei in cœlis nobis commonſtrat ad Epheſ.1. Sedere fecit eum ad dexteram ſuam in cœlis. Ac illum ipſum locum nobis quoq; in 2. cap. communicat, quatenus uidelicet adoptiuis nobis filijs congruit: nã dicit, Simulq; nos cum Chriſto reſuſcitauit, & ſimul cum eo ſedere fecit in cœlis uel in cœleſtibus. 5.

Rurſus ad Hebr.12. legimus, Ieſum contẽpta ignominia, pertuliſſe crucẽ, & cõſediſſe ad dexteram throni Dei. At de hoc throno Dei Saluator noſter ipſe teſtificans dicit, Ne iuremis per cœlum, quia thronus Dei eſt. En habemus manifeſtè thronum Dei eſſe cœlum. 6

Euicimus, ſpero, multiplicibus perſpicuis et euidentib. his teſtimonijs ſcripturæ, Dexterã Dei in ſcripturis non tãtùm accipi pro immẽſa Dei (quod tamen & ipſum nõ diffitemur) potentia, ſed & pro loco in cœlis certo, in quo cum electis ſuis Dominus noſter uerus Deus & homo agit atq; uerſatur in ſempiternum.

Qui uerò cœlum terræ miſcent, et naturas in Chriſto confundunt, improbabunt hæc noſtra de dextera Dei patris, nulla alia re ma-

Authoritas hominum quid in hac concertatione ualere debeat.

gis in diuersam abstracti sententiam, quàm quòd uir alioqui magnus docuit & scripsit, Dexteram Dei esse ubiq;, & corpus Domini glorioſum, nullo esse in loco, sed exemptum loco, esse ubiq;. Quãtum uerò alij hominibus tribuant, ipsi uiderint. Ego sanè uiros doctos nec sperno nec ipsorũ authoritatẽ eleuo. Sensus tamen communis iubet omnes credere ijs, quæ per regulam fidei nobis sunt tradita, deniq; & scripturis sanctis sunt consentanea. Quoniam uerò hominis authoritas hic nobis obijcitur, possumus nos quoq; magnorum & sanctorum uirorum pro nostra sententia proferre testimonia. Sequar enim hac in re beati Theodoreti exemplum, qui primo dialogorum libr. dicit, Oportebat te quidem Apostolicis & Propheticis probationibus credere: quoniam uerò sanctorum quoq; patrum requiris interpretationem, ego hanc quoq; tibi, si Deus uelit, medicinam afferam.

Cyprianus

Cyprianus in expos. Symboli, Ascendit, inquit, ad cœlos Dominus, non ubi uerbum Deus ante non fuerat: quippe qui erat semper in cœlis, & manebat in patre, sed ubi uerbum ca-

ro fa-

ro factum ante non sedebat. Et mox: Sedere quoq; ad dexterã patris, carnis assumptæ mysterium est. Neq; enim incorporeæ illi naturæ conuenienter ista absq; assumptione carnis adduntur, neq; sedis cœlestis perfectũ diuina natura, sed humana natura conquirit.

Adduxit hunc Cypriani locum beatæ memoriæ D. Philippus Melanchton, uir immortali gloria dignus, in Enarrat. epistolæ Pauli ad Coloss. Nam in 3. cap. inter alia, mentionem faciens propositionis huius. Filius hominis qui est in cælo, & articulorum fidei, Ascendit in cælos, sedet ad dexteram Dei patris, &c. dicit, In symbolo intelligatur dictum, ut sonat litera, & de corpore & de corporali locatione. Ascendit, scilicet corporali & physica locatione, in cœlum, id est in locum cœlestem, ubicunque est: quia hic non sunt fingendæ allegoriæ. Ascensio fuit uisibilis & corporalis. Et semper ita scripsit tota antiquitas, Christum corporali locatione in aliquo esse, ubicunque uult. Et ascensio corporalis facta est sursum. Ideo Paulus in hoc capite locum illum nominat sursum. At in propositione, Phil. Mel.

Filius qui est in cælo, dictum intelligatur communicatione idiomatum, λόγ & semper est in cælo, etiamsi corporali locatione corpus est in uirgine. Et reliqua, &c.

S. Augustinus.

S. Augustinus de fide & symbolo cap. 7. et de Agone Christiano cap. 26. Neq; eos audiamus, ait, qui negant ad dexteram patris sedere filium. Dicunt enim, Nunquid Deus pater habet latus? &c. Nec nos hoc de Deo patre sentimus. Nulla enim forma corporis Deus definitur atq; concluditur. Sed dextera patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur: sicuti sinistra eius rectissimè dicitur miseria perpetua, quæ impijs datur: ut non in ipso Deo, sed in creaturis hoc modo quo diximus, dextra & sinistra intelligatur. Quia & corpus Christi quod est ecclesia, in ipsa dextera, id est in ipsa beatitudine futurum est. Sicut Apostolus dicit, Quia & nos simul suscitauit et simul nos sedere fecit in cœlestibus.

Si autem ne hæc quidem uidentur aperte satis corpori Christi in cælis aut in dextera certum tribuere locum, audi eundem August. ad Dard. epist. 57. dicentem: Christum autem dominum

hominum nostrum unigenitũ Dei filium æqua lem patri, eundẽq; hominis filium, quo minor est patre, & ubiq; totum præsentem esse nõ du bites tanquã Deum, & in eodem templo Dei esse tanquam inhabitantem Deum, & in lo co aliquo cœli, propter ueri corporis modum. Cum Augustino hac in re congruit Rabanus Maurus lib. de Instit. cler. 2. cap. 40.

Theodoretus Dialogorũ lib. 2. Corpus do minicum, inquit, surrexit quidem à corruptio ne & interitu alienum, & impatibile & im mortale, & diuina gloria glorificatum, & à cœlestibus adoratur potestatibus, corpus tamẽ est, & habet, quã prius habuit circunscriptio nem. Non dixerim ego humanis persuasus ra tionibus, neq; enim adeò audax sum ac teme rarius, quod scriptura silentio præterijt. Sed tamẽ audiui Paulum clamantẽ, Statuit De us diẽ, in quo iudicaturus est terrarum orbem in iustitia, per eum uirum, quẽ præfinijt, fidẽ prebens omnibus, suscitans ipsum à mortuis. Didici etiam à sanctis angelis, quod ueniet eo modo, quo uiderunt ipsum discipuli euntem in cælum. Viderunt aũt naturã circunscriptam, Theodoretus.

non eam quæ circumscribi non potest. Audiui etiam ipsum Dominum dicentem, Videbitis filium hominis uenientem in nubibus cæli. Scio uerò esse circumscriptum, quod uidetur ab hominibus. Videri enim non potest natura, quæ non potest circumscribi. Dominum quoque iterum dicentem audiui, Cum uenerit filius hominis in gloria sua, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ, &c. Porrò autem & sedere in throno gloriæ, & statuere quidem agnos à dextris, hædos uerò à sinistris, id quod circumscriptum est significat. Audiui quoq; præclarum uictorem Stephanum dicentem: Ecce uideo cælos apertos, & filium hominis stantem à Dexteris Dei. Vidit autem eam quæ uidetur naturam, non quæ sub aspectum nõ cadit, &c. Hæc omnia testãtur nostram doctrinam de dextera Dei, & certo in cælis loco, in quo est corpus Christi cum omnibus sanctis, uetere m non nouam, scripturis deniq; consentaneam, non à nobis confictam esse doctrinam, & ideò modis omnibus recipiendam à fidelibus, tametsi ei siue à magnis siue paruis uiris contradicatur.

Adhuc

Quomodo Christus ascenderit supra omnes cœlos.

Adhuc tamen proferunt contra nos nonnulli hæc uerba Apostoli, Christus ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia. En clarissimè, inquiunt, & absque inuolucro dicit Apostolus, primùm quidem Christum ascendisse supra omnes cœlos. Cõstare autem extra cœlum nullum esse locum, & proinde Christum supra omnes cœlos elatum, nullo prorsus concludi loco. Deinde Christum in hoc ascendisse supra omnes cœlos, ut impleret omnia: quod fieri nequeat, nisi etiam secundum eam naturam qua ascendit sit ubique. Nos uerò simpliciter dicimus, Dominum ascendisse super omnes cœlos, aspectabiles uidelicet ac inferiores, de quibus antea satis est dictum, & non hæsisse in hisce inferioribus cœlis, neque corpus suum deposuisse in Sole: sicuti quondam stolide opinabantur Seleuciani & Herminiani hæretici. Cæterum supra cœlum cœli, id est, supra extremum illud cœlum, Dei thronum, minime elatus est, ut iam nullibi sit amplius. Scriptura enim manifeste dicit, dominũ assumptum esse in cælũ, assumptũ inquã dicit in cœlum, non transmissum per cælũ,

aut nullo cœlo cõprehẽsum. Quod si ita pergãt tergiuersari fratres illi nostri, profectò articulum fidei de ascensione Christi in cœlũ expungent atq; euertẽt. Articulus fidei habet, Ascẽdit ad cœlos, uel in cœlum. En, in cœlũ habet. Et Petr. Oportet Christũ, ait, contineri cœlo. Hæc oportet immutata firmiter retinere: ut tametsi dicatur ascendisse supra omnes cœlos, non negetur tamen ascendisse in cœlũ, locum habitationis suæ. Si uerò supra omnes cœlos ascendit dominus, certe ita loquẽdo illi ipsi faciunt dominum in illis cœlis, supra quos ascendit, iã non esse amplius. Quomodo ergo dicunt ipsum ea quoq; natura, qua ascẽdit, esse ubiq; Atqui Paul. dixit, inquiunt, ascendisse ipsum supra omnes cœlos, ut impleret omnia. Respondemus ineptã prorsus, parumq; congruã fidei esse expositionem etiã hanc, quæ asserit Christum corpore suo implere omnia aut humanitatem diuinitatis instar esse ubiq;. Alioquinũ quã negauimus Christum esse ubiq;: Quia tamen in una persona retinet duas diuersarũ naturarũ proprietates, quas fides & religio uel expungere uel confundere uetat, dicimus secundum

Quomodo Christus ascendens impleat omnia.

cundum diuinitatem esse ubiq; secundum humanitatẽ uerò nõ esse ubiq;. Si aũt uera est istorum sententia de ubiquitate, non oportuit Christũ in cœlos ascendere ut impleret omnia, quando etiã cum apparebat discipulis post resurrectionẽ, secundum eos impleuerit omnia: caterum Apostolus dicit ideo factã ascensionem, ut impleret omnia. Quod ergo ad locum Pauli attinet, dicit Christum exaltatum esse, ut impleret omnia: uel ut plenitudo sit omniũ fidelium, in quo habeant per fidẽ, quæcunq; pertinent ad cõplementum ipsorũ, ut perfecti sint coram Deo & absoluti: sicut in 1. quoq; cap. ad Ephes. dicitur & in Epist. ad Col. plenius exprimitur, ubi legimus, Complacitum est patri uniuersam in Christo inhabitare plenitudinẽ: & in illo estis cõpleti. Christus enim ad dexterã patris residens, is solus est, qui suis fidelib. sufficit aut liberaliter largitur quæ ad salutẽ sunt necessaria, ipseq; solus est omnia in omnibus suis electis, uitæ inquã & salutis. Nihil ipsi deest, nulla in re deficit: unus ergo omnib. sufficit. Vel implendi uerbum refertur ad superiora, ubi locũ prophetæ ex Psalmis citauit

Paulus, quem & consequentibus illustrauit, dixitq; ascendisse Christũ in cœlos ut impleret omnia, de ipso nimirũ scripta. Certè autor illi uariæ expositionis, quã Catenam nuncupant, Vt impleret omnia, inquit, quæ de se in lege & prophetis erant prædicta. Vel impleuit omnia donis suis, & ita impleuit omnia, &c. Alij non ineptè hunc locum exponentes dicũt, Christum ascendendo, sua humanitate non impleuisse loca omnia, sed omnia locorum genera. Illa quippe uersatus erat in terris, eadem fuerat etiã in infimis, ut ipse Paulus ait, partibus terræ, sepultus utiq; : quid ergo restabat, nisi ut & cælos attingeret? Hoc genere loquẽdi addunt ueteres illud Apostoli interpretatos esse, Deus uult omnes homines (id est, omnia hominum genera) saluos facere, &c.

An propter unionẽ personæ Christi conseruãdam expungẽdę sint naturarũ proprietates.

Addunt isti, Si ita pergamus docendo, nõ posse nos subterfugere crimen hæreseos Nestoriana, utpote qui disiungamus unam in Christo personam, & alium quidem Christum fingamus qui sit ubiq;, aliũ uerò qui sit in loco & non ubiq;. Cæterũ ut à Nestorio abhorremus, fratres, ita abominamur Eutychẽ confundentem

tem & expungentẽ naturarum proprietates in Christo. Proinde confitemur unum atq; eundem esse Christum Dei & Mariæ uirginis filium, uerũ Deum & hominẽ, in una indiuisa persona: sed ipsum retinere diuersas naturarũ proprietates in unione illa: ita ut idẽ ille ubiq; sit, iuxta quod Deus est, ubiq; aũt nõ sit, iuxta quod homo est. Scriptura ita nos sentire & loqui docuit. Et symbolũ Athanasij habet, Qui licet Deus & homo sit, non duo tamen, sed unus est Christus. Vnus autẽ nõ conuersione diuinitatis in carnẽ, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substãtiæ, sed unitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo, unus est Christus. Si quis autẽ propria tribuat animæ, & propria sua corpori, an hic dicetur disiungere et discerpere hominem, aut duos ex uno facere homines? Angeli Dei manifestis uerbis de Christo loquẽtes, dicunt, Surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eũ. Et iterũ, Iesꝰ hic assumptꝰ est à uobis. Et multa huius generis alia cõgerere posse: sed sufficit ũt hæc quæ manifestè testãtur Iesũ nõ esse hic,

& ostendunt manifestè locũ, ubi non sit: quii. tem assumptus sit in cælũ à terra, & in terra amplius non sit. Quis aũt hinc colligat, angelos Dei esse Nestorianos? Quis dicat angelos discerpsisse personã Christi? Valde stomachatur beatus martyr Vigilius lib. contra hæreses, 1. in malè feriatos, qui insano metu, ut ipse ait, utriusq; naturæ proprietatẽ iccircò nolebãt accipere, ne uiderentur duos Christos inducere. Metuendum sanè est, inquit, ne isti de Trinitate quæstionẽ aliquã moueant, ut quia sunt quædã propria patris, quæ nec ad filium nec ad spiritũ sanctum pertineãt: & sunt quedã propria filij, quæ nec ad patrẽ nec ad spiritum sanctum pertinent, & sunt etiã spiritus sancti nonnulla propria, quæ nec ad patrẽ nec ad filium pertinere monstrantur, tres à se inuicem separatos criminentur catholicos colere Deos. Et mox: Si ergo tres hæ personæ, habentes singulæ proprietates suas, quibus significandæ distinguantur, non quibus separentur, unus est Deus, quomodo filius salua utriusq; naturæ proprietate, non unus est Christus? Item, Sapere, intelligere, obliuisci, in memoriam

moriam reducere, lætitia efferri, triſtitia deiici, &c. licet nõ ſine corpore agantur in anima, tamen animæ ſunt propria, nec tamen quiſpiã auſus eſt uel audet dicere, hominem duas habere perſonas, in quo tantas proprietatum differentias cernit ineſſe. Et reliqua. Ad eũdem modum inducit Theodoretus 3. Dialog. lib. inter ſe concertantes Orthodoxũ & Eraniſten. Orthodoxus ait. Agnoſcẽdum certè quæ Chriſti diuinitati & quæ humanitati eius conueniant. Reſpõdet Eraniſtes, Sed ſi ita fecerimus, ſummã illã unionẽ ſoluemus. ORTH. Nec nos quidem, ô uir bone, unionẽ diuidimus, ſed quæ ſunt naturarũ propria conſideramus. Ergo quãdo ſcriptura dicit, Ieſus defatigatus ex itinere ſedebat ſupra fontem, cuius eſt exiſtimãda laſſitudo, diuinitatis an corporis? ER. Non poſſum ferre, ut quæ unita ſunt diuidantur. ORTH. Diuinæ ergo naturæ laſſitudinem tribuis? ER. Ita mihi uidetur. ORT. Sed apertè Prophetæ contradicis, qui ſcribit, Non eſuriet neq; defatigabitur, &c. Non eſt ergo defatigata diuina natura. ER. Sed diuina ſcriptura narrat Ieſum eſſe defatigatũ.

Ieſus aũt Deus eſt. Vnus enim Dominus Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia. ORTH. *Quoniam ergo diuina ſcriptura dicit, eũ fatigatum eſſe, & non defatigari, conſiderandum eſt quo modo hoc & illud poteſt uni perſonæ accommodari. Itaq; cum diſſimilium naturarum unio in cõfeſſo ſit, Chriſti quidẽ perſona, & hæc & illa propter unionẽ ſuſcipit, utriq; autẽ naturæ ea quæ apta ſunt ei attribuuntur: ei quidem quæ circunſcribi nequit, eſſe indefatigabilem, ei uerò quæ ingreditur, labor & defatigatio. Pedũ enim proprium eſt ingredi, & neruorum nimio labore extendi. Hactenus receſſi uerba Theodoreti, quibus etiã noſtris hominibus expoſui, nos nõ facere cum Neſtorio, neq; unitatẽ perſonæ Chriſti diſſoluere, cùm proprietates naturarum in Chriſto conſeruamus incolumes, ac dicimus Chriſti corpus pro ſua proprietate eſſe in loco, & nõ eſſe ubiq;, licet interim Chriſtus ipſe ſit ubiq;, iuxta proprietatem utiq; diuinæ naturæ. De eodẽ enim uerè prædicamus quod mortuus ſit, et immortalis etiam mãſerit: qua prædicatione nemo dicit uel duos annũciari Chriſtos, uel perſonæ unionẽ diſſolui*

Porrò

Confutatur breuib. deliriũ de ubiquitate corporis Christi.

Porrò ubiquitatẽ corporis Christi nouum esse cõmentum, ex nimia contendendi & falsa dogmata confirmandi studio natum, liberè fatebuntur, quotquot præsentis seculi controuersias aliquot, sed & scripturas scripturarumq; interpretes ueteres uel à limine salutarũt. Est præterea illud dogma de ubiquitate ecclesiæ Dei ualde noxium, quod fidẽ incarnationis obscurat, ueritatẽ rediuiui corporis unà cum resurrectione corporum nostrorum, adeoq; spem nostrã uertit in dubium: quæcunq; autem fides euangelica & historia apostolica de resurrectione et ascensione domini tradit, cuius quidẽ partem superius de ascensione recollegi in compendium, ubiquitatis somnium ita dissipat, ut ne puluisculi quidem eius maneant. Sed & ueterum scripta refutarunt ubiquitatem istã tã euidenter significãter & perspicue, ut mirum sit homines alicuius existimationis in ea adhuc hærere: maximè cum uideant ueteres ubiquitatem istã ipsorum, in nonnullis suo illo seculo uiuentibus, neq; recte sentientibus de corpore Christi, oppugnasse. Huc pertinent testimonia superius posita de dextera Dei.

Auguſt. præterea ad Dard. epiſt. 57. Chriſtus una perſona, inquit, Deus & homo eſt, et utrunq; eſt unus Chriſtus Ieſus: ubiq; per id q Deus eſt: in cœlo aũt per id quod homo. Idem Tract. in Ioan. 50. Dominus & abijt, & hic eſt, et redijt, et nos nõ deſeruit. Corpus enim ſuum intulit cœlo, maieſtatẽ non abſtulit mũdo.

Congruit his per omnia Cyrill. qui li. 6. in Ioan. cap. 14. Etſi dominus, inquit, corporis ſui præſentiã hinc ſubduxerit, maieſtate tamẽ diuinitatis ſemper adeſt. Vigilius quoq; martyr contra hæreſes libr. 4. Quia uerbum ubiq; eſt, inquit, caro autem eius ubiq; non eſt, apparet unum eundemq; Chriſtum utriuſq; eſſe naturæ, et eſſe quidem ubiq; ſecundũ naturã diuinitatis ſuæ, & loco contineri ſecundum naturã humanitatis ſuæ. Et reliqua. Quibus mox ſubiungit, Hæc eſt fides et confeſſio catholica, quam Apoſtoli tradiderunt, martyres roborauerunt, & fideles nunc uſq; cuſtodiunt.

B. Fulgentius lib. de myſterio incarnat. 2. ad Thraſimundum regem, exponens illud domini, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo, Non

hoc

hoc dixit dominus, inquit, quia humana Christi substantia fuerit ubiq; diffusa, sed quoniam unus atq; idem filius Dei atq; hominis, licet secundũ ueram humanitatem suã localiter tunc esset in terra, secundũ diuinitatem tamẽ (quæ loco nullatenus cõtinetur) cœlum totus impleret & terram, &c. Hæc & alia huius generis plurima alibi quoq; contra suboleſcentes ex libris errores producta sunt, & satis nota pijs: quæ sibi nequaquã patiẽtur detorqueri ex animis, cõmentationibus seu figmẽtis hominũ de communicatione idiomatum uerbali atq; reali. Sancta & orthodoxa sunt, quæ ueteres ex scripturis disseruerunt de cõmunicatione idiomatum. Ea firmiter retineant, nec patiantur sibi oculos fascinari prophanis uocum inanitatibus ac oppositionibus falsò nominatæ scientiæ, quas & ipsas uitare docuit Apostolus.

Dominus apparuit Paulo ante Damascũ.

Subijciunt isti, Dominum simul et in cœlo fuisse corpore suo, et in terra supra Damascũ, dũ Paulo apparuit & loquutus est: ideoq; domini corpus posse in pluribus esse locis. Respõdemus, illos nõdum probasse corpus domini simul in cœlo fuisse, & in terra, uel non procul à

terra ſupra Damaſcum, cùm apparuit Apoſtolo. Viſionẽ nuncupat hanc apparitionem ipſe Apoſtolus in 22. cap. Act. Deinde dicimus ut Stephano martyri, ita Paulo apoſtolo ſe uiſendum exhibuiſſe dominum, in cœlis reſidentem. Qui enim oculos diſcipulorum ſuorum inſtruxit, ut ipſum ſeſe corã ipſis transfigurantem intueri poſſent, an non & Paulum idoneum reddere potuit, ut dominum uidere potuerit in cœlis? Præterea neminem debent huiuſmodi peculiares apparitiones ab uniuerſali regula fidei, qua credimus Chriſtum in cœlo manere ad finem uſq; ſeculi, depellere.

De glorioſo Chriſti corpore ueritatem naturæ nõ mutante.

Addunt iſtis iterum, Corpus domini Ieſu glorioſum per accedentem in clarificatione gloriam, ita ſubtile & illuſtre factum eſſe, ut locum nullum requirat, quinimo in ſcripturis aperte appelletur ſpirituale corpus. Reſpondemus, Auguſtinum ad Dardanum aperte dicere, Spacia locorum tolle corporibus, nuſquam erunt: & quia nuſquã erunt, nec erunt. Si ergo noſtri illi fratres pergant loco eximere corpus domini glorioſum, & cætera fidelium corpora clarificata, negabunt ſanè corporum reſuſcita-

ſuſcitatorum ueritatẽ, adeoq; mortuorum reſurrectionem, atq; ita abnegabant contendendi feruore orthodoxã fidem. Deinde fatemur ſcripturam appellare reſuſcitata corpora ſpiritalia corpora. Sed explicationem beati Auguſtini ex 6. cap. de Symbolo & fide hic libenter recitabimus. Dictum eſt: Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale. Id quod nõ ita dictum eſt, quaſi corpus uertatur in ſpiritum, & ſpiritus fiat. Quia & nunc corpus noſtrum, quod animale dicitur, non in animam uerſum & in anima factum eſt: ſed ſpiritale corpus intelligitur, quia ita coaptandum eſt, ut cœleſti habitationi conueniat, omni fragilitate & labe terrena in cœleſtem puritatem et ſtabilitatem mutata atq; conuerſa. Hæc ille. Affirmamus itaq; clarificata corpora, reddi quidem in clarificatione illuſtria, potentia, atque firma, & liberari ſemel omni ignominia, infirmitate, ac corruptione, ſed nihilominus manere nera & circumſcripta corpora, loco comprehenſa. Et quod diximus, nunc etiam ſcriptura ſancta comprobabimus, proferendo beati Theodoreti Cyrenſis epiſcopi argumenta, ſcripturis cõmunita, ut pariter uno

Spiritalia corpora.

Resuscitata corpora uera sunt corpora loco circunscripta & non immensa.

eodemq; labore, & scripturarũ & antiqui scriptoris testimonia proponamus. Dialog. lib. 2. sic ille scriptũ reliquit: Dominus minime mutila & mãca, sed integra & perfecta omnium corpora suscitat (neq; enim cæcitas neq; claudicatio inuenitur in ijs qui suscitãtur) in suo corpore, quæ à clauis facta erant foramina, et uulnus, quod in latere acceperat, reliquit. Huius autem testes sunt & ipsè Dominus & manus Thomæ. Si ergo post resurrectionẽ cibum sumpsit Dominus, manusq; & pedes suis ostendit discipulis, cum ijs qui erant cum ijs, clauorum foraminibus insignes, & etiã latus cum ipso uulnere, quod ex ictu acceperat, eis autẽ dixit, Palpate me & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere: manſit ergo etiã post resurrectionem natura corporis, & non mutata est in aliã substantiam. Et mox: Manet ergo natura, mutatur autẽ quod est eius corruptibile in incorruptibilitatem, & mortale in immortalitatẽ. Sic aũt cõsideremus sicut corpus infirmum & sanum, quod ex æquo corpus appellamus. Igitur corpus dominicum quod surrexit, corpus est, & habet

habet quã prius habuit circunscriptionem. Et uerum: Ostendã etiam post assumptionem corpus domini corpus uocari. Audi ergo Paulum dicentem, Nostra enim conuersatio in cœlis est: ex quo expectamus seruatorem dominum Iesum, qui transformauit corpus humilitatis nostræ, ut sit conforme corpori gloriæ ipsius. Non est ergo mutatum in aliã naturam, sed manſit quidẽ corpus uerum, diuina gloria impletum & lucis emittens radios: Illi fient sanctorum corpora conformia. Sin aũt illud in aliam naturã mutatum est, eorum quoq; corpora similiter mutabuntur. Fient enim illi conformia. Sin autẽ corpora sanctorum seruant suæ naturæ characterem, corpus quoq; domini similiter habet suã substantiam immutabilẽ. Et reliqua quæ ibidem mox sequuntur. Congruũt cum his Theodoreti disputatis omnia quæ de hac causa beatus Hieron. disputat cõtra Ioan. Hierosolymitanum Episcopum de resurrectione corporum uera: Vbi inter alia, Ego, inquit, libere dicã, & fidem ecclesiæ apertissimè confitebor, resurrectionis ueritas catholicæ, sine carne & ossibus, sine sanguine &

Fides ecclesiæ & uera confessio.

membris intelligi non poteſt, &c. Hæc eſt uera reſurrectionis confeſsio, quæ ſic gloriã carni tribuit, ut non auferat ueritatem. Et reliqua. Concludimus itaq; clarificationem corporibus reſuſcitatis non adimere locum.

Nullũ tempus, nullus locus in futuro ſeculo.

Aiunt iſti iterum, Sicut in alio ſeculo corã Deo tempus nullum eſt, ita neq; locus. Quibus nos protinus inferimus, igitur nulla erunt in futuro ſeculo corpora ſanctorum. Tolle, ait Auguſtinus, corporibus ſpacia locorum, ſicut iamiam diximus, & non erunt. Quæ uero ſcriptura docet corã Deo nullum eſſe tempus? Licet enim legamus, Quoniam mille anni in oculis tuis ſunt, ſicut dies heſternus, non dicitur tamen nullum eſſe tempus, ſed fit collatio quædam, ac oſtenditur, Deum non ita tempus æſtimare, ut ſolemus nos. Nõ enim exiſtimamus impune laturos homines ſceleratos, ſi multis annis felices ſint in ſuis ſceleribus: uerũ apud Deum multi iſti anni uix æquant diem. Atq; hunc ſenſum aperit nobis Petrus Apoſtolus in poſteriore ſua epiſtola cap. 3. Quid illa faciunt ad omnimodam tempõris in alio illo ſeculo abolitionem? Iurat præterea angelus

Apoc.

Apoc.10. & ait: Quia tẽpus non erit amplius. Caterũ intelligit tempus uicißitudinibus & uarijs obnoxium calamitatibus. Quaſi diceret. Hactenus promiſit Deus liberationem et glorificationem: ſed quia hæc differtur, moræ impatientes multi, clamant, Et quis tandem finis? Iurat ergo angelus liberationem & glorificationem non amplius extrahendam et ultra æquum differendam. Sequitur enim quod ſenſum abſoluat, Sed in diebus uocis ſeptimi angeli, cũ cœperit tuba canere, cõſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Liberabitur inquã certò creatura à corruptione, nec erit amplius tempus moleſtum durũq; pijs, ac corruptibile aut mutabile. Aquinas in ſuis Cõment. eũ locum exponens, Tempus, inquit, id eſt uarietas ſiue mutabilitas, quæ in tempore fieri ſolet, amplius non erit: Sed poſtquam iuſti receperint mercedem. Quaſi dicat, merces immutabilis, & ſine ſtatus & rerum uarietate, ſine aliquorum aduerſorũ immißione dabitur iuſtis, etc. Hæc ille. Vtcunq; uerò ratio illa temporis habeat, conſtat tamẽ certò, ueram corporum re-

ſuſcitatorum ſubſtantiã atq; naturã non poſſe ſua locali carere circunſcriptione. Itaq; locum manet quoad corpora uera manent. Manent autem in perpetuum: circumſcribentur ergo loco. Sed cur de hac aperta ueritate dubitamus, aut cur alia contrariaúe his docentes audimus? Audiamus potius dominũ, qui in preſenti palàm dicit, In domo patris manſiones eſſe & locum, manſiones inquã & locum. Quo nihil apertius dici poteſt. Contentio, quantum ego quidem uidere poſſum, iubet iſtos ita tergiuerſari, & Chriſti corpus per omnia fundere, locumq; ei in cœlis adimere. Etenim multò uehementius, diligentiusq; laborant, ut domini corpus contineri doceant in pane corporaliter, quàm in cœlo localiter cõprehendi. Egregiam uerò laudem ſibi præpoſtera hac ſua diligentia parabunt. Adhortamur potius ac obſecramus fratres illos noſtros, per dominũ, ut depoſita omni contentione, ſimpliciter cum ſcripturis & uniuerſa uetuſtate cõfiteantur, Chriſtum dominum noſtrũ corporaliter aſcendiſſe in cœlum, & corporaliter manere aut contineri in cœlo uſq; ad tempora reſtitutionis omnium. eundẽ tamen dominum noſtrum uerũ Deum

& hominem nos non deserere, sed maiestate, potentia, gubernatione, & gratia manere nobiscum usq; ad consummationẽ seculi. Confitentur deniq; eundẽ, fideles suos in ecclesia nõ alio cibo & potu alere atq; fouere, quàm illo ipso uero suo corpore & sanguine, quæ pro nobis obtulit in cruce, ita tamen ut nihil necesse sit illa uel uisibiliter uel inuisibiliter, corporaliter & tamen ineffabiliter descendere. Spiritualiter enim per fidẽ uero corpore & sanguine domini uerè participant & Christo uniuntur omnes electi, uiuitq; in his Christus, & ipsi uicissim uiuunt in Christo, qui uera utique & uiua sunt membra, cohærentia cũ ipso capite Christo, ex quo defluit omnis satietas, uita, salus & perfectio. Cui gloria in secula.

Verum corpus & uerus sanguis uerũ est alimentum fidelium.

Postquã uero demonstraui domum patris esse cælum illud, in quod ascendit dominus noster Iesus Christus, redeo iam ad ipsa domini uerba explicanda, in quibus maximoperè illud obseruandum uidetur, quod non dixit, In domo Dei mei, sed in domo patris mei. Patris enim commemoratio plus habet suauitatis et dulcis consolationis, quam Dei. Significari

Reditus ad tractationẽ huius loci.

In domo patris mei.

uidetur præterea & hoc, quod filius patris cæleſtis, eſt uerè filius familiâs & unigenitus, & minus uniuerſorum, maximè uerò domus paternæ, in quam introducere poteſt, quos uult. Nũc quidem ſumus peccatores, exules & peregrini, & quantum attinet ad naturam noſtram corruptiſſimã alieni prorſus à familia Dei. Filius uerò Dei tradidit ſeſe pro nobis in mortẽ, atq; ita à peccatis repurgatos, conſortes hæredesq; fecit uitæ ſempiternæ: ut iã in domum patris inducere & ibi collocare poſſit omnes credentes in ipſum. Sunt enim hi omnes filij Dei, fratres Ieſu Chriſti, per ipſum filii Dei filij et fratres facti: iuxta illa diuinæ ſcripturæ teſtimonia, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui credunt in nomen eius. Itẽ, Seruus non manet in domo in æternũ, filius manet in æternum. Si ergo filius uos liberos reddiderit, uerè liberi eſtis. Et Apoſtolus, Spiritus teſtatur unà cũ ſpiritu noſtro, quod ſimus filij Dei. Quod ſi filij, igitur & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Et alibi teſtatur idem Apoſtolus, dominum non erubuiſſe nos appellare fratres ſuos.

Porrò

Mansiones

Porrò habitationes illas cœlestes in domo patris, appellat dominus mansiones, intelligẽs non quidẽ tabernacula caduca et flaccida, sed mansiones, firmas inquã fixasq; habitationes. Omnia enim hæc nostra loca habitationũ nostrarum momentanea sunt atq; caduca. Vnde Apostolus loquens de beatis patrib. habitantibus in tabernaculis, Expectabãt, inquit, ciuitatem habentẽ fundamẽta, cuius opifex & cõditor Deus est. Et de illis iterum loquens, Isti inquit, confessi sunt se esse in terra hospites & aduenas. Et qui hoc dicunt, declarant se aliã & meliorem quidem inquirere patriam: nimirum cœlestem. Quapropter non erubescit Deus ipse, uocari Deus eorum. Parauerat enim illis ciuitatem. Inde idem alibi dicit conuersationem (τὸ πολίτευμα) municipium nostrum in cœlis esse, adeoq; nos municipes esse cœlorũ. Iam enim audiuimus regnum cœlorum esse instar ciuitatis, cuius municipali iure reguntur regimine prorsus cœlesti, qui transferuntur in cœlum electi. Quod si in domo patris, in cœlis inquã ipsis huiusmodi mansiones sunt, loca certè sunt certa et idonea uel cõgruẽtia animab.

uel ſpiritibus beatis clarificatisq; corporibus, qualia qualia ſint. Nemo enim hic à me exi-ctet, ut manſiones illas quales ſint exactè de-ſcribam. Temerarium (ſicuti & antea mo-nui) hoc foret. Sufficiat pijs nouiſſe quod mã ſiones paratæ ſunt, & haud dubiè præſtantiſsi mæ ampliſsimæq; quia ſpirituales & cæleſtes: et qa ſcriptura dicit, Quæ oculus nõ uidit, etc.

Manſiones multę ſunt.

Præterea addit manſiones in domo patris non pauculas, ſed multas eſſe, ſufficientes ni-mirũ excipiendis ſpiritibus beatis & clarifi-catis corporibus ſanctorum omnibus. Ceſſent ergo hic quæſtiones curioſæ & ſuperuacaneæ illorum qui dicunt, Cum innumera ſit electo-rũ ab exordio mundi turba, ubi illa ſatis poſ-ſit habere ſpatij? Ergo diſputant alij non mo dò impiè, ſed & ſtolidiſsimè de ſeptem anima-bus inſidentibus in acie unius acus. Diabolus huiuſmodi exhibet ludos, & per impios atque prophanos homines, illudit ſpei noſtræ, quã & apud ſimplices ancipitem uel dubiam reddere pergit. Credamus nos uerbis Dei, dicẽtis mul tas eſſe manſiones beatorum, Scio hæc etiam exponi ab alijs de diuerſitate præmiorum,

pro

pratione uirtutũ parata. Id quod alijs explicandũ relinquo: mihi satis est nouisse, Deũ plures, easq; amplas & amœnissimas suis cultoribus præparauisse mansiones, Certè nõ poterit erga amicos suos in hac re minus esse munificꝰ quàm legitur erga hostes suos, ut his quoq; condignum locũ pararet, fuisse solicitũ. Præparata est, inquit Isaias, iã olim Topheth. Hæc etiam pro rege præparata est, quã profundam & amplã fecit: penetrale eius ignis, uis lignorũ ingens, quæ flatus domini, ceu sulphureus torrẽs incẽdit. Descriptio est hæc inferorũ breuis, sed elegãs, et omnia quæ de inferis dici possunt, cõprehendens. Topheth inferi certa ratione dicũtur, ut alibi pluribus in Cõment. nostris ad Matth. & Ieremiã exposuimus. Profundus est infernus & amplissimus, sufficiens & ipse excipiendis impijs omnib. Pro luce est ignis, nõ illustrans tenebras, sed torquens miserè impios. Nec est ut quæramus unde materia futura sit fouendo igni perpetuo? Vis, inquit, lignorũ ingens est. Sed & flatus Dei ceu sulphureus torrẽs alit ignẽ illum sempiternũ. Nec est ut hic interrogemus, qualis hic ignis

Locus paratus etiam damnatis uel impijs.

ipſe dominus pronũciauit in Euãgelio, Ignis eorum nunquam extinguitur, neque uermis eorũ moritur. Itẽ, Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Neq; his contraria ſunt, quæ in eodem Euãgelio dicuntur de ſtridore dentiũ ac perpetuis frigoribus, à quibus loca illa appellantur etiam tartara. Sunt enim diuerſa ſuppliciorum genera. Sed nolumus de his etiam diſputare curioſius. Oremus potius dominum, ut gratiam ſuam nobis adaugeat, ne unquã ad loca illa infelicia perueniamus. Timeamus Deum, ſemper illius dominicæ memores ſententiæ, Et ne metuatis uobis ab his, qui occidunt corpus, animum autem non poſſunt occidere: ſed metuite magis illum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna. Ergo ſi dominus omnibus proſpexit ab initio impijs, ne quid illis pro ſuis meritis deeſſet in ſupplicijs, ſed omnia eſſent præſentia, appoſitiſſima, paratiſſimaq; quis dubitaret porrò tantillum eſſe neglectũ ab eodem fideliſſimo domino, in apparatu loci beatiſſimæ felicitatis?

Cæterum ne quis uel tantillum dubitaret de ne-

de ueritate uerborum domini de mansionibus beatis, per uehementissimam confirmationem uel asseuerationem subijcit dominus, Quod si secus esset, dixissem uobis. Docuit enim dominus discipulos suos & nos, omnia ea quæ maximè interest nos scire, docuit inquam omnia utilia, uera, & necessaria. Ergo nunc, Nisi hoc, ait, quod dixi de mansionibus in domo patris mei, prorsus uerum esset, nec tanta fide asserem, nec diuersum dissimularem aut subticerem. Pro compertissimo ergo habetote, mansiones in cœlis à Deo paratas esse. Contemnamus ergo securè quæcunque hic mundus immundus, mundani itẽ homines & Epicurei deblaterant contra doctrinam certam fidei nostræ de uita uel beatitudine æterna. De distinctione & uaria lectione huius loci nihil hic afferam, cùm uideam alios hac in re sudare abunde satis. Mihi satis est, quod sensum uerborum domini obuium simplicemq; & piũ, quem ferè sequũtur interpretes omnes, habeo. Ad alia ergo uenio.

Confirmatur hæc doctrina de mansionib. in domo patris.

Porrò ne quis discipulorum tunc, aut fidelium nunc diceret, Audio sanè mansiones esse

M
pa
fid

in domo patris, ſed metuo ne quid inde ad me fructus accedat, cùm ſim homo peccator, atq; cum Deo in monte ſancto nemo habitet, niſi impollutus, præoccupat Dominus quæſtionẽ ſuorũ, & ſubdit, Vado paraturus uobis locũ. Quibus etiam ſuos conſolatur ampliſſimè, admodùm triſtes propter diſceſſum eius ab ipſis. Demonſtrat enim nunc longè amplioré fore fructum abitionis, quàm perpetuæ corporalis in hoc mundo præſentiæ. Etenim abeundo, inquit, moriendo inquam, reſurgendo & aſcendendo in cœlum, parabo uobis uel aperiã uobis locum. Moriendo enim peccatũ expiauit Dominus, reſurgendo uitam reduxit, aſcendendo cœlos nobis aperuit, & animã & carnẽ uel corpus ſuum conſubſtantiale nobis (ceu arrham, animas quoq; & corpora noſtra in cœlos aliquando transferenda fore) ad dexteră patris depoſuit. Licet itaq; per merita noſtra nulli hominum aditus pateat in manſiones illas beatas patris, merito tamẽ iuſtitiaq; Chriſti aperta eſt omnibus fidelibus uia ad cœlos. Quod in præſenti docet ac teſtatur Dominus, cùm ait, Vado uobis paraturus locum.

Obijcis

Obijcis hîc mihi, Quid uerò tu dixisti hactenus de paratis in beata patria mansionibus, si adhuc parandæ sunt per mortẽ Christi? Aut cur dicit iudex in Euangelio, Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab initio mundi? Si enim regnum paratum est ab initio mundi, quomodo nunc demũ dicitur parari per Christum? Respondemus, Paratum quidẽ fuit regnum prædestinatione Dei ab initio mundi, sed paratũ tamẽ in Christo, qui debuit repagula peccatorum confringere, & omnia impedimenta, quæ ab ingressu regni prohibebant, per mortẽ suam amouere, suáq; ueluti manu nos introducere in uitam æternã. Solius enim Christi respectu, à patre, in regnum Dei admissi sunt, quotquot ab exordio mundi admissi sunt, & adhuc admittentur. Qui ideo dicitur agnus mactatus ab origine mundi: quod eius mediatio & unica hostia efficax & salutaris fuit et est omnibus electis ab exordio mundi in finem usq; seculi. Apostolus enim, Elegit nos, inquit, Deus in Christo, antequã iacerentur fundamẽta mundi. Idem prædestinauit nos, ut adoptaret in filios per

Quomodo mansiones in domo patris parentur per Christum.

Iesum Christum, per quem habemus redemptionem in sanguine eius, remissionem peccatorum. Et idem Apostolus iterum: Deus saluos nos fecit, & uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suũ propositum & gratiam: quæ data quidem est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna, sed palã facta est nunc per apparitionem saluatoris nostri Iesu Christi qui mortem quidem abolenit, uitam autem in lucem produxit ac immortalitatem, per Euangelium. Ad hunc ergo modum paratas sedes ab initio, Christus in fine temporum præparauit fidelibus. Vbi aperte cernimus quem redemptorem & seruatorem agnoscere debeamus, solum hunc mediatorem Dei & hominum Iesum Christum dominum nostrum. Grauissime ergo peccãt, qui hæc salutis ad solum mediatorem Christum referenda, etiam alijs communicant, ut diuis cœlitibus & meritis hominum.

Iterum ueniã ad uos.

Licet uerò hæc de salute nostra satis sint aperta, adhuc tamen significantius hæc exponens, mirifica perspicuitate subiũgit: Et cũ abiero & parauero uobis locum, iterũ ueniã ad uos.

uos: *Hoc enim tantundem ualet ac si dixisset, Ne uerò de efficacia mortis meæ dubitetis, ubi emigrauero hinc per mortem, per quam locum cœlestem uobis aperiam, mox rediuiuus ad uos redibo, ut hoc meo reditu tester, mortem esse deuictam, utpote quæ me non potuerit in sua retinere potestate. Rediuiuus inquam à resurrectione rursus ad uos ueniam, ut inde colligatis, deuicta & prostrata morte uitam uobis esse reparatam. Ideo autem commemorant Acta Apostolorum, dominum à resurrectione cum discipulis familiarissimè conuersatum esse, & colloquutum de regno Dei, per dies quadraginta. Vnde dubitare non possumus, tanto tempore, omnia ea à domino copiosissime & dilucidissime exposita esse discipulis, quæ sunt de efficacia mortis eius, de morte superata fidelibus, & reparata uita, piè tenenda uel credenda, quæ paulò pòst misso spiritu sancto plenissime absoluit. Porrò quis posthac negauerit, sedem beatorum esse locum cùm audiamus ipsum dominum absque tropo, absque ænigmate & nullo uerborum cum muolucro, sedem beatorum nominare locum,*

& quidē ſemel & iterum? Dicit enim, Vado uobis paraturus locum. Et iterum, Et cū abiero & parauero uobis locū. Hæc conſtanter & memori mente ſunt retinenda pijs.

Aſſumam uos ad meipſum.

Tacet uerò hic quod hiſtoria ſancta mox conſequutū eſſe cōmemorat, quod iterum receſſerit ab eis, apud quos fuit per dies 40. aſcēderitq; in cœlum. Et quidē tacente ipſo, facilè ex contextu uerborū ea intelligi poſſunt. Ad aſcenſionem aūt ordine pulcherrimo ſequitur, quod in uerbis domini ſubiungitur; Et aſſumā uos ad meipſum. Nam hic eſt finis & fructus abitionis uel mortis domini, reditus uel reſurrectionis ex mortuis, necnon aſcenſionis in cœlum. Alibi enim in Euangelio dixiſſe legitur: Et ego cum exaltatus fuero, omnes trahā ad me. Ibi ergo dixit, Trahā ad me, nimirum ex hac miſera lachrymarū ualle: trahā aūt ad cœlos. Hic dicit, Aſſumā uos ad meipſum. Vtrunq; diligenter inſpiciendū eſt. Aſſumente enim nos domino & conſeruante in ſua benedictione & protectione, quis aſſumptos à domino intercipiet, aut quo minus ſaluentur impediet? Alibi rurſum in Euangelio dicit,

cit, *Oues meæ uocem meã audiunt, et ego co*
noſco eas, & ſequuntur me, & ego uitã æter
nam do eis, nec peribunt in æternũ, neq; rapiet
us quiſquam de manu mea. Sicut aũt à mon
te oliuarũ aſſumptus, & in cælũ ſuſceptus com
memoratur dominus noſter, anima & corpore
ita totus homo fidelis ſeruatur anima & cor-
pore. Aſſumitur primò anima per mortẽ mi-
grans è corpore, & per angelos domini depor-
tatur in ſuperna, ſicuti ſcriptura teſtatur fa-
ctum cũ anima Lazari mẽdici. Corpus quoq;
excitatur in iudicio, ad quod redit anima, non
diuina, ſed iſtius quondã corporis propria, to-
tusq; homo ſic rapitur obuiã domino per aera
in nubes, ut cũ domino aſcendens in beatas ſe-
des, æternũ ibidẽ maneat atq; lætetur. Obſer-
uãdũ eſt ergo hic, quod nõ tãtũ dicit, Aſſumã
uos ad me: ſed aſſumã uos ad meipſum. Sequi-
tur enim plenior explicatio, Vt ubi ſum ego, &
& uos ſitis. Nã adhuc apertius in feruẽtiſſi-
ma illa oratione, quã habuit ad patrẽ apud Io
an. cap. 17. Pater, quos dediſti mihi, inquit, uo
lo, ut ubi ſum ego, & illi ſint mecũ: & uideant
gloriã meã, &c. Ergo in reuelatione domini

nostri Iesu Christi legimus sanctos agni perpetuos esse comites. Dicit enim reuelatio, Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Ergo in quocunq; loco cœli fuerit, ibidē cū Christo sunt sancti eius, fruentes perpetuo eius consortio. Sed & dominus ita se illis familiarē præbet, ut nū quā se eis subducat. Hoc fidei Dei & sanctorum cōsortiū ampliorib. uerbis explicare non possumus. Optamus aūt per gratiā Christi aliquando etiā inseri huic consortio et omnia plenius cum iucunditate intueri ac experiri.

Quomodo sancti cum Christo sint ubiq.

Abutuntur hoc loco ubiquitatē statuentes ac colligunt, cū Christus ubiq; sit & sancti sequantur ipsum quocunq; ierit, consequi & sanctos in Christo esse ubiq;. Ineptè ita colligunt. Aut quis unq; extra hanc contentionē diffudit animas & corpora sanctorū per omnia, ut sicut Christus iuxta diuinā naturā ubiq; est, ita sit & corpus eius ubiq;, deniq; et sancti qui cū eo sunt, sint ubiq;? Neq; patrocinatur his illis S. Hieron. autoritas. Licet enim dixerit contra Vigilantiū, Si agnus ubiq;, ergo & qui cum agno sunt, ubiq; esse credendi sunt, tamen quoad statū quæstionis S. Hieron. quā tractat

non

non est necesse ut agnus intelligatur esse ubiq; id est in omnib. locis simul. Nam si hoc statueremus ac urgeremus, pugnaret Hieron. cum testimonio quod ex Apocal. de agno adducit. Etenim si agnus esset ubiq;, id est simul & eodem tẽpore in omnib. locis, nõ posset aliquo proficisci aut ire. Quis enim potest eo ire, ubi iam est? Sentit itaq; Hieron. Nulla loca esse, in quæ agnus non possit ire. Inde concludit etiã sanctos, qui Christũ sequuntur, ad omnia loca posse accedere, ut ad sepulchra sua opẽ implorantibus adesse possint. Proinde uidetur aduerbium ubiq; Hieron. accipere indefinite ac diuisim: non aũt ita generaliter & cõiunctim, ut statuat agnũ & sanctos simul & eodẽ tempore in omnib. esse locis. Ergo sententia eius nõ statuit, sed euertit ubiquitatẽ. Quod enim est ubiq;, non habet locũ uacuum ad quẽ proficiscatur. Hanc uerò esse Hieron. sententiã et præcedentia & cõsequentia declarant. Nam ante testimonium adductũ dicit, Tu apostolis uincula inijcies, ut usq; ad diẽ iudicij teneãtur custodia, & nõ sint cũ domino suo? En eximit sanctos uinculis & custodia, facit liberos

ut sint cũ Domino ubi is uelit. Subdit uerò, Et cũ diabolus & dæmones toto uagẽtur in orbe, et celeritate nimia ubiq; præsentes sint, martyres post effusionẽ sanguinis sui, arca operientur inclusi, & inde exire nõ poterunt? En ea codæmones dicit ubiq; esse præsentes, eãq; præsentiã se intelligere significat, nõ qua simul & eodem tempore, omnia loca impleant, sed que uagatione seu discursu & nimia celeritate cõstet. Quod nullo modo ad ubiquitatem confirmandam trahi potest.

An sancti sint præsentes apud sua sepulchra?

An uerò recte sentiat S. Hieron. dum asserit sanctos apud tumbas implorantibus opem, præsentes adesse, pijs iudicandũ relinquimus. Interim nõ dissimulamus scripturã sanctã apertissime asseuerare, sanctos cœlites nos et nostra ignorare, ut patet apud Isaiã. Augustin. quoq; in libello De cura pro mortuis gerenda, eundẽ Isaiæ locũ, in eandẽ sententiã adducit, nec affirmare audet diuos cœlites uidere et audire res nostras. Neq; uerò ullibi magis desideratur in Hieron. uigilantia & modestia accuratior, q̃ cũ ille scripsit cõtra Vigilantiũ. Quod pace uiri tanti sit dictũ. Vt aũt redeamus ad

locum

locũ Apocal. uidetur is eũ habere sensum simplicẽ, quẽ cõmonstrare paulò antè cœpimus, electos Dei in patria beata, semper frui agni iucundissima societate, quod ille nunquã se ab illis subducat, sed ipsos habeat apud se præsentes perpetuo. Sed & antea diximus nullo iure nos argui atq; traduci, quasi Christum & sanctos eius in aliquo cœli anguli seu gurgustio cõcludamus. Cœlum enim gloriæ Dei prædicamus amplissimũ atq; patentissimũ esse locum, ut in quo mansiones sint quãplurimæ. Quare nec agno, nec sanctis obstat quicq̃, quin pergãt eant, stent aut sedeant per amplissimas et beatas cœli sedes, prout libitũ fuerit. Scriptura enim sic de eis ꝓnunciat, Sunt sancti ante thronum Dei, & seruiunt ei die & nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitat super eos. Non esuriẽt neq; sitient amplius, nec cadet super illos Sol, neq; ullus æstus: quoniã agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet ad uiuos fontes aquarum: & abstersurus est Deus omnẽ lachrymã ab oculis eorum: Ad hunc uerò modum exposuit nobis scriptura sancta, quomodo futuri simus cum Christo in gloria.

Conclusio huius loci.

Concludit porrò hunc locum dominus, & ait, Et quò ego abeã scitis, et uiã scitis. Quæ nè uerba hunc habent sensum, Ex his quæ dixi hucusq; liquido intelligitis, quæ sit causa & quis finis discessus mei à uobis ex hoc seculo, et qua uia eundum sit. Nã abeo per mortẽ, resurrectionẽ, & ascensionẽ ad cœlos, ut uobis conculcẽ mortem, uitã reducã, & locum in cœlis adaperiã, quo uos ex hoc seculo migrantes, ad me in cœlos, in sedes illas beatas paratas recipiã. Inde facile etiã intelligitis, per me, id est per mortem meã, resurrectionem & ascensionẽ in cœlos, patere uiã in cœlos, nempe si credatis me hæc uestri causa fecisse, ut in me & per me uiuatis. Atq; hunc esse sensum uerborũ domini, euincunt consequentia. Cũ enim Thomas negaret se scire quo iret, addereté, Et quomodo possumus uiã scire? exponit se plenius, ac dicit Dominus, Ego sum uia et ueritas et uita. Nemo uenit ad patrẽ, nisi per me. Tametsi enim non repetiuerit doctrinã quo eat, ita tamẽ respondet ad posteriorẽ quæstionem, ut prior ea ipsa uideatur abunde satis explicata. Ego sum, inquit, uia illa ad cœlos, per me

Quæ uera certaq; ad cœlos uia.

solum

solũ ibunt, quotquot ibunt ad cœlos. Ideo enim nunc abeo, & in cœlum migro, ut illuc uos ad me trahã. Credite igitur per me patrem uobis esse placatum. Credite uos per me Deũ habere benignum. Ego uos hæc doceo, qui ueritas sum, & mentiri non possum. Ego sum uita æterna, et uitam æternam communico omnibus in me credentibus. Nunc ergo intelligitis ueram causam mortis meæ, & quæ sit uia in cœlos, credere in me, atq; adeo per fidem in me niti & eluctari ad cœlos.

Hæc est autem uera, simplex, & orthodoxa, stabilisq; doctrina de certa salute fidelium, quam ipse dominus Iesus suo nobis ore tradidit, quam confirmarunt prophetæ, prædicarunt apostoli, confessiq; sunt sancti Dei martyres. Hanc igitur cõfiteamur & nos, in hac constanter perseueremus, & ei feliciter immoriamur per fidem ueram, ut tandem in cœlum perueniamus per Christum & ad Christum unicum seruatorem nostrum, qui unus uiam ad cœlos certam patefecit. Cui sit gloria laus et gratiarum actio in seculasæculorum. Amen.